# THEODOSIANI

## LIBRI XVI

## CVM CONSTITVTIONIBVS SIRMONDIANIS

ET

## LEGES NOVELLAE AD THEODOSIANVM PERTINENTES

CONSILIO ET AVCTORITATE ACADEMIAE LITTERARVM
REGIAE BORVSSICAE

EDIDERVNT

TH. MOMMSEN ET PAVLVS M. MEYER

ACCEDVNT TABVLAE SEX

VOLVMINIS I PARS POSTERIOR

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

# THEODOSIANI

## LIBRI XVI

## CVM CONSTITVTIONIBVS SIRMONDIANIS

EDIDIT

ADSVMPTO APPARATV P. KRVEGERI

TH. MOMMSEN

VOLVMINIS I PARS POSTERIOR

TEXTVS CVM APPARATV

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

# CONSPECTVS PARTIS POSTERIORIS


pag.

GESTA SENATVS ROMANI DE THEODOSIANO PVBLICANDO . . . 1

THEODOSIANI TITVLI . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 5

THEODOSIANI LIBRI XVI . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 27

CONSTITVTIONES SIRMONDIANAE . . . . . . . . . . . . . . . . 907


*

## LIBER SECVNDVS.

# I. DE IVRIS DICTIONE ET VBI QVIS CONVENIRI DEBEAT.

iure *GL* — dictionum *G* — et *om. O* — conuenire *NBPMLS* — debeat] prouinciarum uolumenosum *(sic) G*. — *Iust.* 3, 13: de iuris dictione omnium iudicum et de foro competenti.

II, 1, 1 [= BREV. II, 1, 1] (349 Mart. 8).

IMP. CONSTANT(IVS) A. AD EVSTATHIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Iudices provinciarum volumus vim debitae auctoritatis adsumere, ut una actores ceterosque rei privatae nostrae quae provinciales teneat disciplina. Sceleratos convictosque carcer teneat, tormenta dilacerent, gladius ultor interimat. Eo enim modo licentia inveteratae desperationis inhibetur, si intellegant uno sibi ac pari studio vivendum esse cum ceteris. ET CETERA. DAT. VIII ID. MART. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.

INTERPRETATIO. Quicumque in provinciis iudices ordinati sunt, hoc sibi sciant esse permissum, ut, si aliquos rei dominicae servos vel colonos reatus involverit, sicuti et privatos, conprehendendi eos et puniendi, ut culpa exegerit, nullo contradicente patrimoniorum nostrorum ordinatore habeant liberam potestatem.

BREV. *(NABGOPMLS)*. — BVRG. R. 6, 5 (?)

1 constantinus *BG* ad eustasium (eostasium *B*, ostasium *M*, austasium *G*) *libri*, eustatio *O corrigens* ppo] *scr.* com. r. p. *et hic et in iuncta 11, 7, 6 secundum 10, 10, 7 (cf. Tillemont ad Constantium not. 15)* iudicis *L* 2 auctoritate *N* actores] *AOP* actore *L*, auctores *NMS*, auctoritas *BG* ceterosque *om.* $O^b$ praeuatae *G* 3 quae] *AGO*, qua et *NPMS*, que et *L*, *om. B* prouincialis $N^bL$ teneant *PM* disciplina] tormenta disciplinae *G* adceleratos (-tus *L*) *PML* cumuictusquae *L*, conuinctosque *G* carcer teneat (retineat *O*)] carceres (-re *G*) teneant *BG edd.* tormenta] disciplina *A* 3/4 dilacerint *NL*, dilacerant *A* 4 gladios *N* eo] adeo *A* inueratae $A^a$, inueterae $L^1$ 5 si] sine *L*, sicque *G* par *PM* uidendum *PM* cum] quam *BG* dat. uiii (uii *N*) id. mart. limenio (liminio *libri*) et catullino (catulino *reliqui*, catolino *NG*) *libri* 7 interpretatio] *sic reliqui;* explanatio *O constanter* iudicis *L* 7/8 permissurum *A* 8 aliquus $N^a$, aliquis $N^b$ dominici *B* seruus *N* colonus *N*, colones *A* reatus inuoluerit] reos inuenerint *L* secuti *ML*, sicut *N* priuatus $N^a$ 8/9 comprehendi *A* 9 eos *om. B* puniendi] p. eos $O^a$ exigerit *N*, exigeret *B* nullam contradicendi *BG* patrimoniorum] a p. *GL*

II, 1, 2 [= BREV. II, 1, 2] (355 Iul. ]?] 25).

IDEM A. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Definitum est provinciarum rectores in civilibus causis litigia terminare, etsi militantes exceperint iurgia vel moverint. Ne igitur usurpatio iudicia legesque confundat aut iudicibus ordinariis adimat propriam notionem, ad provinciarum rectores transferantur iurgia civilium quaestionum. In criminalibus etiam causis, si miles poposcerit reum, provinciae rector inquirat. Si militaris ali-

1 ā] āā *NL* ad taurum] tauro *O* ppu *G* est] est ut *N* rectoribus *PMS* 2 milantes *N* mouerent *N*, comouerint *AO* 3 legisque *NL* proprium *L* 3/4 nosionem *L*, ordinationem *BG* 4 quescionem *L* 5 milis *NML*, militaris *G* poposcerint *L* reum] rem *G*, res *L* militares *N*

quid admisisse firmetur, is cognoscat, cui militaris rei cura mandata est. DAT. VIII KAL. AVG. MEDIOL(ANO) ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS.

INTERPRETATIO. Etsi civilia negotia ad provinciarum rectores iussimus pertinere, tamen, quotiens criminalis actio intercesserit inter illos qui armis nostris militant atque privatos, si militans privatum in iudicio vocaverit, rector provinciae audiendi et iudicandi habeat potestatem. Si vero privatus servientem nobis in armis vel militantem forte pulsaverit, ille causam audiat, ad cuius ordinationem is respicit, qui militat vel arma tenuerit.

BREV. *(NABGOPMLS)*

1 firmatur *PM* cui] cum *L*, in cuius *A* militares *N* rei *om. A* curam *N* 1/2 dat. uiii (uiiii *NB*) k. aug. med. arb. et lolliano (lulliano *B*, iuliano *PMS*, tulliano *G*) *libri; dies dubius, quoniam Constantius eo secundum alteram 11, 30, 25 extra Mediolanum fuit in expeditione Raetica* 3 rectoribus $P^aM$ tamen] et tamen *A*, attamen *O* 4 actio] accusatio *BGOL* militant] militari $GP^aM$ priuatus *L* 5 iudicium *O* uocauerit] prouocauerit *edd.* potestatem] liberam p. *O* 6 causas *N*, causam suam *G* 7 uel] uel cui *edd.* tenet *O*

II, 1, 3 [= BREV. II, 1, 3] (357 Sept. 24).

IDEM A. ET IVLIANVS C. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Non solum in agentes in rebus, sed in alios etiam cuiuslibet homines condicionis conpetentes vigoris aculei exerantur, si modo fuerit declaratum delicto eos obnoxios detineri. Quicumque igitur aliquid inprobe turpiterque conmiserit aut libidinis macula forte polluerit pudicitiam, debet ad eum ultio severitatis congruae propagari, cum tamen direptionem videantur esse conquesti qui gravia testantur admissa. Quae obnoxios claruerit invasisse, in duplum restituere conpellantur. DAT̄ ET ACCEPTA VIII KAL. OCTOB. CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO C. II CONSS.

INTERPRETATIO. In omnibus personis, quas etiam praesentiae nostrae dignitas comitatur, hanc volumus observari sententiam ut, si quis cuiuscumque pudicitiam violaverit, poenam statutam iure suscipiat. Et quicumque direptionem admiserit, in duplum violenter praesumpta restituat.

BREV. *(NABGOPMLS)*

1 et iulianus (-no *A*) c. (consul *BGS*, clarum *N*, certum *[?] L*) *om. O* ad taurum] tauro *O* ppo] ppom *A*, ppū $G^2$ in *om. GS* agentis *L*, gentes $G^2$ 2 alios] aliis *G*, rebus *A* homines (-nis *B*, -nibus *G*) condicionis (-nes *N*)] c. h. *O* competentis *O*, conpetens *PM* uigores *NALS* aquilei *L* 3 delecto $N^a$, delictus $L^a$ obnoxius *NL* detinere *L* 3/4 al. inpr.] impr. al. *O* 4 turpiterque] turpiter *A* aut] tam *N* poll. forte *O* 5 congruae] contra *N* tamen] autem *O* uideatur *S* 6 qui] quia *PMS*, quos *B* admissa] esse admissa *OPMS* obnoxius *N*, obnixius *L* 6/7 restituerit *A* 7 dat. et acc. uiii (*om. AO*) k. oct. constantio (constantino *NBGS*, castantino *A*) a. (*om. G*) uiiii (uiii *OPMS*) et (*om. M*) iuliano (iulio *G*) c. ii conss. (c. ii conss. *AGO*, u c conss. *PM*, u cc conss. *S*, consule ii *B*, ii *N*) *libri* 8 quas etiam] quaestia *N* 9 uoluerit *PM* 9/10 statuto *N* 10 et] etsi *N* praesumpta] admissam *G*

II, 1, 4 [= BREV. II, 1, 4] (364 Dec. 1).

IMPP. VALENTIN(IANVS) ET VAL(ENS) AA. AD TERENTIVM CORRECTOREM TVSCIAE. Actor rei forum sequatur, ita ut, si senatores aliquid a provincialibus poscunt, eo, qui provinciam reget, cognitore confligant. Si vero provincialis non suscipiat, sed inferat actiones, p(raefecto) u(rbi) disceptante decertet. DAT. KAL. DEC. MEDIOL(ANO) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis alium crediderit lite pulsandum, apud provinciae illius iudicem, ubi is habitat quem pulsat negotium suum noverit proponendum.

BREV. *(NABGOPMLS)*

1 ualentiniano *A* ad corentum rectorem *B* tustiae *N* auctor *G* 2 a] ad *N* eo] eum *GL*, ante eum *A*, *om. S* 3 regit *NGLS*, regat *O* cognitorem *ABG* si uero] siue $NS^a$ prouinciales *NBS* hactionis *L* 3/4 praefecto urbi (urbis *L*)] spū *S* 4 deceptante *L* decertit *L*, decertent *N* dat. k. (id. *G*) dec. (*sic PMS*, ian. *NAB*, iun. *G*, iul. *O*) med. diuo iouiano (iouiniano *B*, iuliano *N*) et uarroniano (uariano *A*, ualeriano *PMS*) *libri* 7 proponendum] in pr. *N*, proponendi *G*

II, 1, 5 [= BREV. II, 1, 5] (365 Dec. 1).

IDEM AA. AD FELICEM VIC(ARIVM) MACEDONIAE. Si quis rem nostram coeperit lite pulsare, rationali praesente confligat: quo defensante et controversia omnis agitetur et iudex eam sententiam decernat, quam iuris aequitas postulaverit. DAT. KAL. DECEMB. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Quotiens a fisco nostro aliqua repetuntur, res apud provinciae iudicem sub praesentia nostri ordinatoris agatur, ut illo praesente quidquid iustitiae ordo suaserit, iudicetur.

BREV. (*NABGOPMLS*).

1 filicem *N* uic.] uirum clarum *S* coeperit] acceperit *S* 2 rationale *BGPMLS* praesentiae *L* confliget *A* quod *GL* et *om. BPMS* controuertia *PM*, controuersiam *N* omnes *NL*, *om. G* agetutur *N* 3 eam] etiam *N* iures *L* postularit *PMLS* dat. k. dec. ual. et ual. aa. (a. *A*, *om. G*) *libri*. *Annum determinat rescriptum Consult. 9, 7 datum ad eundem* XIIII k. Aug. Mediolano ipsis AA. conss. 5 aliquae *BGS* res *om. O* 6 ordinatores *NL* ille *L* suaserit ordo et iud. *O*

II, 1, 6 [= BREV. II, 1, 6] (385 Apr. 30).

IMPPP. GRAT(IANVS), VALENTIN(IANVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. NEOTERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Exceptis his, quibus extra ordinem subvenitur, omnes iacturam litis incurrant, qui non ante in proprio foro iurgaverint, siquidem possint venire ad altioris iudicis notionem, cum iudicatum quod displicet appellatione excluserint: ita ut, si quis litigator se vel fastidio vel gratia cognitoris aut non auditum aut dilatum docuerit, et eius litis quae protracta est aestimationem fisco nostro iudex praestet et in primores officii poena deportationis ilico deprometur. DAT. PRID. KAL. MAI. MEDIOL(ANO) ARCADIO A. I ET BAVTONE CONSS.

INTERPRETATIO. Quicumque apud alium et non apud suum iudicem negotium quod habuerit in initio litis crediderit proponendum, exceptis aetate minoribus, quibus lege consultum est, litis ipsius de qua agitur actione damnetur: nisi forsitan contra sententiam, quae adversus eum dicta fuerit, crediderit appellandum, ut apud maioris dignitatis iudices audiatur. Sane si quis causam habens a iudice suo se vel per superbiam vel propter amicitiam adversarii sui probaverit non auditum, iudicem tantum, quantum res de qua agitur valuerit, fisco nostro iubemus exsolvere: et qui consiliis suis adhaerent, exilii poenam pro districtione sustineant.

BREV. (*NABGOPMLS*).

1 ual. gr. *OPMS* et *om. O* theod.] ualens *A* neuterio *NAB*, neutherio *PS*, neotheurio *M*, meutherio *L* 2 ordine *L* subuentur *N* iactura *N* lites *NL* 3 forum *L* possint] post $G^a$ altiores $N^b$, ultiores (-ris *L*) $N^aL$ iudices *N* notitionem *N* 4 iudicantum $BG^b$ displiciat *L* appellatio *edd.* excluserit $P^aMS$ litigator se uel] litigatur seu *L*, litigasse uel *N* 5 cognitores *N* auditum aut] audiatau *L* delatum *L*, dilatatum *S* lites *NL* protrata *L*, protractata *N* 6 aestimatione *BG* praestet] praestitit *N*, praest**et *M* et] ut *B*, *om. NL* primoris *NGP(?)MS* poenam *BG* deportationes *N*, deportatione *L*, deputationis *BG* 7 deprometur] depromitur *S*, depromatur $B^bO$, deportetur *N* dat. prid. k. mai. (mart. *S*) med. arcadio a. i (arcadio augg. ii *N*, augg. ipso i aug. *B*, ipso i aug. *G*) et bautone *libri* 8 aliquem *BG* 9 in] *NBO*, nisi *L*, *om. AGPMS* initium *NG* credidit *G* exceptis] et exc. *N* aetatem *N* legem $N^a$ lites $N^a$, lis $N^b$ 10 agatur *L* nisi] tesi (?) *L* 11 fuerat *O* ut] et *N* maiores dignitates *N*, maiores dignitate *PMS* audiantur $B^aL$ 12 a] ad *N* se *om. L* per] *NL*, propter *AO*, *om. BGPM* superbia *BG* 13 uoluerit *A* 14 et *om. A* adherens *A*, adserios (?) *L* exilio *N* poenam pro districtione (destr. *PM*)] penam per distinctionem *A*

II. 1. 7 [= BREV. II, 1, 7] (392 Nov. 10).

IMPPP. VALENTIN(IANVS) THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. MARTINIANO COM(ITI) ORIENTIS. Mulieres honore maritorum erigimus, genere nobilitamus. ⌜Iisdem⌝ forum ex eorum

IVST.

⌜et⌝

1 ualentinianus *delent edd.* theodosius] theodosio *L*, et th. *A*, *om. N* et *om. O* archadio *L* aaa] augg. *B*, ā *A* mart(*vel* c)iano *NBGO*, marinniano *L* oriente *N* 2 mulieris *L* honorem *NG*, honores *A* eregemus *N*, erigemus *L*, eregimus $B^a$ genere] et genere *Iust.* 3 hisdem *NAGPMS*, eisdem *B*

persona statuimus et domicilia mutamus.⌝⌜ DAT. IIII ID. NOVEMBR. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

> ⌜ Sin autem minoris ordinis virum postea sortitae fuerint, priore dignitate privatae posterioris mariti sequantur condicionem.

INTERPRETATIO. Feminas secundum honorem, quem viri earum meruerint, volumus appellari, ut, ad cuius domum nubta transierit, eius proficiat dignitate et pro negotiis suis in eodem foro, ubi est maritum secuta, respondeat.

---

BREV. *(NABGOPMLS)*. — IVST. 10, 40, 9 = 12, 1, 13.

1 personas *NB* et *om. B* 2 dat. iiii id. (kl. *NG*) nou. (dec. *G*) const. arc. a. *(om. NG)* ii *(om. NB)* et rufino *libri* 4 uiri] uir *N*, mariti *AG* meruerint] *APMLS*, meruerit *N*, meruerunt *BGO* 5 cuius ad *S* dignitatem *L*, dignitati *S* 6 marito *PM* (?), maritus *G*

---

II, 1, 8 [= BREV. II, 1, 8] (395 Dec. 25).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. PASIFILO SVO SALVTEM. Causas plurimi instituentes de fugaci servo aut manifesto furto aut non manifesto, direpti etiam animalis servive vel rei mobilis ac moventis vel vi bonorum raptorum, parvulae etiam terrae finium et parvulae casae, sub specie criminis tuum pulsant iudicium.
1 || Momentariae ⌜etiam⌝ possessionis interdictum, quod non
semper ad vim publicam pertinet vel privatam, ⌜quod⌝
mox audiri interdum etiam sine inscriptione, ⌜mereatur⌝, ||
2 ⌜abacti etiam animalis causa proponitur.⌝ || Cum igitur
de his rebus parvis ac minimis tuae sit iniuria potestatis iudicare, decretum est || ⌜eas tantum causas criminales a sinceritate tua audiri, quas dignus et meritus horror inscriptionis impleverit,⌝ quae magnitudinem videlicet criminis tempusque designant, ut alterutram partem digna legum
3 tenere possit auctoritas. Quod statutum si fuerit forte
contemptum, hi qui ex officio ingrediuntur secretarium quinque librarum auri condemnatione ferientur. DAT. VIII KAL. IANVAR. MEDIOL(ANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

> IVST. 8, 4, 8
> || *inc.* ⌜etiam⌝ *om.*
> ⌜quod⌝ *om.*
> ⌜meretur⌝ || *fin.*
> IVST. 9, 37, 1
> ⌜abacti animalis accusatio non solum cum inscriptionibus sed etiam sine ea observatione proponitur.⌝
> IVST. 9, 2, 16
> ⌜In causis criminalibus dignum est, ut inscriptiones proponantur⌝

INTERPRETATIO. Quotiens de parvis criminibus, id est, unius servi fuga aut sublati iumenti aut modicae terrae seu domus invasae vel certi furti, id est detenti aut perventi, sub

---

1 $\overline{aa}$] ā *A* passifilo *NPM*, basifilo *B*, passifilio *L*, passiuo (passibo *G*) filio *AG*, filio suo passiuo *O*; *mag. incertus* (agens vices praefectorum praetorio et urbis *appellatur in titulo Puteolano a. 393 vel 394 C. I. L. X, 1692* suo] *NAGS*, sua *B*, *post* filio *O*, *om. PML* plurimis *PMS* instatuentes *L*, instituciones *A* 2 fuga•tis *L* manifesto] de m. *B* furtum *L* animales *N* 2/3 seruiue uel] *scripsi*, serui uel *reliqui*, seu *O* 3 rei] res *G*, *om.* $M^a$ mobiles *BG* mouentes *NBG* ui] ut *N*, cu $G^a$, cui $G^b$ rapt. bon. *G* paruulae] paruo $G^a$, paruo an $G^b$ terrae finium] *sic libri recte; cogitatur non de vindicatione, sed de finium regundorum actione* 4 casae] *PM*, causae *NABGOLS* tum *NA* pulsat *G* 5 momentaria *N*, *inc. L* possessiones *AGL* 6 pertinent *NGPMS* uel] aut *O* quod] *NAO*, ut *BPMLS*, *om. G* 7/8 sine (si *G*) inscriptione (*sic B*, inscriptionem *O*, scriptione *NAOPMS*) mereatur (meretur *M*, mereantur *BG*) a. etiam *om. L* 8 abacti] abiecti *G*, si abacti *N* proponetur *PML* 9 de *om.* $G^a$ paruus *L* tua *L* iniurie *ABG* potestates *N* 10 criminalis *LS* 11 audire *L* dignitas *BG* meritum $B^b$ horror] honor *N*, earum *B*, earum honor *G* 11/12 inscripciones *G*, scriptionis *B* 12 quam *L* magnitudinis *B* 13 designant] *NOPMLS*, desigant *B*, designat *AG* alterutrum *G* dignam *G* legunt *L* 14 tenere] *libri et Iust.* auctoritas] *NABGOL Iust.*, austeritas *PMS* statum $M^a$, statuimus *N*, statutum est *S* forte fuerit *O* 15 hii *NG*, his *L* que *L* secrearium *A* 16 libras *PMS* ferientur] *NO Iust.*, feriuntur *APMS*, feriantur *BGL* 16/17 dat. uiii (*sic libri et Iust. 9, 2, 16 [Hal. Paris. 4517]*, ui *Iust. 8, 4, 8 [Hal.] et Iust. 9, 37, 1 [Hal.]*) id. (k. *Iust. 9, 2, 16 [Hal. Paris. 4517]*) ian. (*sic libri et Iust. 9, 2, 16 [Hal. Par. 4517]. 9, 37, 1 [Hal.]*, iun. *Iust. 8, 4, 8 [Hal.]*) med. ol. et pr. *libri* 18 fuga aut] fuga ut *B*, fugacis (-tis $G^a$) aut *G* 19 aut peruenti] *libri* (id est absconsi *add. G*), *om. O*: superuenti, praeuenti, peruersi *correctores*

criminis nomine actio fortasse processerit, ad mediocres iudices, qui publicam disciplinam observant, id est aut defensores aut adsertores pacis, vindictam eius rei decernimus pertinere. Ad rectorem vero provinciae illud negotium criminale perveniat, ubi de personarum inscriptione agitur vel maior causa est, quae non nisi ab ordinario iudice recitata legis sententia debeat terminari. Quod praeceptum si fuerit praetermissum, officiales qui negotia intromittunt quinque libras auri se noverint esse damnandos.

BREV. *(NABGOPMLS)*. — IVST. 8, 4, 8. 9, 2, 16. 9, 37, 1.

1 nom. crim. *O* meliores *N* 2 aut def.] ad def. *PMS* pacis] pacis id est *G* uindictam (-ta *L*)] ut est u. *B* huius *GL* decernibus *A* 3 illum *L* perueniet *AO* scriptione *BG* 4 maiore *PM*, si maior *BG*, *om. A* est causa *O* ordinatorio *B* 5 terminare *A*ᵃ praetermissum] forte contemptum *O* intermittunt *BG*, introducit *O* 6 librarum *BG*, libris *O* nouerit *N*ᵃ· damnandus *N*

II, 1, 9 [= BREV. II, 1, 9] (397 Nov. 24).

IDEM AA. ARCHELAO PRAEF(ECTO) AVG(VSTALI). Si quis neglectis iudicibus ordinariis sine caelesti oraculo causam civilem ad militare iudicium crediderit deferendam, praeter poenas ante promulgatas intellegat se deportationis sortem excepturum, nihilominus et advocatum eius decem librarum auri condemnatione feriendum. DAT. VIII KAL. DECEMB. CONSTANTINOPOLI CAESARIO ET ATTICO CONSS.

INTERPRETATIO. Quisquis contempto provinciae iudice ad illos, qui armatis praeesse noscuntur, causam suam crediderit transferendam, exilio se deputandum esse cognoscat et eum, qui causam illius susceperit proponendam, decem libras auri esse damnandum.

BREV. *(NABGO [om. int.] PMLS)*.

1 arcelao *N*, arcellao *L*, archalauo *A*, archadio *B* praef.] praeposito *fere libri (sic O*, ppo *NGL*, p̄o *BPM)*, praes̄ *A* ordinari *B* 2 militarem *BL* 3 se] sed *A* deportationes *L* sorte *B* exceptorum *N* 4 deci *L* libras *PMS* cond.] set condemnacionis *A* 4/5 dat. uiii (u *A*) k. dec. const. *(sic O, om. reliqui)* caesario et attico (caesareo datiano *G*) *libri* 6 si quis *G* contemptae *S* iudicem *L* armatos *N*ᵇ, armatus *N*ᵃ 7 transferenda *L* exilium *N* dep. se *B* 8 esse d.] se d. e. *G*, d. e. cognoscat *N*

II, 1, 10 [= BREV. II, 1, 10] (398 Febr. 3).

IDEM AA. AD EVTYCHIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Iudaei Romano ⌜et⌝ communi iure viventes in his causis, quae non tam ad superstitionem eorum quam ad forum et leges ac iura pertinent, adeant sollemni more iudicia omnesque Romanis legibus inferant et excipiant actiones: ⌜postremo sub legibus nostris sint⌝. ⌜Sane si qui per conpromissum⌝ ad similitudinem arbitrorum apud Iudaeos ⌜vel patriarchas ex consensu partium⌝ in civili dumtaxat negotio putaverint litigandum,

IVST.

⌜et⌝ *om.*

⌜postremo s. l. n. sint⌝ *om.*

⌜si qui uero ex his communi pactione⌝

⌜uel patr. ex cons. part.⌝ *om.*

1 euticianum *fere libri*, eutianum *L* 1/2 p̄p̄o] pp̄u *G*ᵃ, praepositum (ppm̄ *A*) *AO* 2 iudeos *GL* 2/3 commune *S* 3 iuri *L* uiuentis *L* in] de *OPMS* 4 non *om. Iust.* ad *om. L* superstitutionem *NL* 5 legis *GL* ac *om. G* iure *N* 5/6 audeant *N*, habeant *BG* 6 more] *AO Iust.*, iure *NBGPMLS* omnisque *N* 6/7 romanes *L* 7 inferant (-rat *L*, conferant *Iust.*) et exc.] e. et i. *O* 7/8 actionis *N* 8 postremo] postregum *S* 9 quis *BGPMS* commissum *G* 10 iudaeos] iudices *O* 10/11 patr.] patr. suos *N* 11 ex] et *L* 12 putauerint] crediderint *O*

sortiri eorum iudicium iure publico non vetentur: eorum etiam sententias ⌜provinciarum⌝ iudices exequantur, tamquam ex sententia cognitoris arbitri fuerint adtributi. DAT. III NON. FEB. CONSTANT(INO)P(OLI) HONOR(IO) A. IIII ET EVTYCHIANO V̄. C̄. CONSS.

⌜prouinciarum⌝ *om.*

INTERPRETATIO. Iudaei omnes, qui Romani esse noscuntur, hoc solum apud religionis suae maiores agant, quod ad religionis eorum pertinet disciplinam, ita ut inter se, quae sunt Hebraeis legibus statuta, custodiant. Alia vero negotia, quae nostris legibus continentur et ad forum respiciunt, apud iudicem provinciae eo quo omnes iure confligant. Sane si apud maiores legis suae consentientes ambae partes, de solo tamen civili negotio audiri voluerint, quod interveniente conpromisso arbitrali iudicio terminatur, tale sit, quasi ex praecepto iudicis fuerit definitum.

BREV. *(NABGOPMLS).* — IVST. 1, 9, 8.

1 sorti *BGL* iudicio *B*, iudicum *L* iure] in re *A* 3 iudiciis *L*, iuces *M*ᵃ 3/4 ex sententia (-tiam *L*, sentia *M*ᵃ) *om. O* 4 cognitores *BS* arbitri] *PML Iust.*, arbitris *N*, arbitru *BGS*, arbitrio *AO* fuerit *N* attributae *O* 4/5 dat. iii (iiii *G*, ui *Iust.* *[PL Hal.]*) non. (nā *A*) febr. const. hon. (x *ins. G*) aug. iiii (iii *S*) et eut. *libri* 6 qui] *BGOPML*, quia *NAS* apud *om. N* religiones *B*ᵃ*L*, regionis (-nes *N*ᵃ) *N* 7 agantur *N* religiones *N* pertinent *A* disciplina *NPML* 9 eo] eius *GL* quo] qua *A*, qui *G* confligat *G* mares *P*ᵃ 10 leges *N* partes] p. elegerint *G* audire *G* 10/11 uoluerint (-rit *L*ᵇ) quod (quicquid *AO*) i. conpromisso *om. L*ᵃ 11 arbitriali *N*, arbitiari *L* terminantur *A* quasi *om. S*ᵃ praeceptum *N*

II, 1, 11 [= BREV. II, 1, 11] (398 Mai. 24).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Minime provinciae rector expectet in reos criminosos actorem dominicum, sed habeat exhibendis obnoxiis potestatem: utatur legibus nullo interposito rationali. Latebris reus potestate ordinarii iudicis protrahatur, ne per conludium actorum iudiciorum fiat dilatio. DAT. VIIII KAL. IVN. MEDIOL(ANO) HONOR(IO) AVG. IIII ET EVTYCHIANO V̄. C̄. CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis in domibus dominicis criminosus potuerit inveniri, provinciae iudex praesentiam non expectet actoris, sed mox reum conprehensum, ne aliquo conludio effugiat, subdi iubeat publicae disciplinae.

BREV. *(NABGO [om. int.] PMLS).*

1 theudoro *PM* ppō] *NBG*, pīo *L*, preposito *O*, pampeio *A*, pū *PM*, publio *S* minime] neminem *BG* 1/2 expectit *N*, expectitet *L* 2 criminosas *L* exhibendi *G*, in exhibendis *PMLS* obnoxiis] obnoxius *B*, noxios *G* 3 utatur] ututatur *N* rationale *B*, racionabili *G* latebris (-bras *G*)] e latebris *APMS* reos *NB*ᵇ*GL*, eos *B*ᵃ, reus *P* ordinandi *N* iudicis *om. B* 4 conludium] consilium dium *N* auctorum *NS* iudiciorum] iudicis *G* delatio *N*, dilata *G* 4/5 dat. uiiii (uiii *N*, *om. BG*) k. iun. (iul. *N*, *om. BG*) med. *(om. O)* hon. a. (augg. *N*. *om. ABO*) iiii et eut. ūc *(sic N, om. rel.) libri* 6 criminosos *N*ᵇ*BG* inuenire *NBG* 7 actores *L*, auctoris *S*ᵃ reo conprehenso *B* 8 subdi iubeat] subiaceat *BG*ᵃ, subiciat *G*ᵇ

II, 1, 12 [= BREV. II, 1, 12] (423 Aug. 6).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. CONSVLIBVS, PRAETORIBVS, TRIBVNIS PLEBIS, SENATVI SVO SAL(VTEM) DICVNT. POST ALIA: In criminalibus causis senatus statuta iamdudum quinqueviralis iudicii forma servabitur. In quo cum perfacile esse credamus optimos legere

1 honorio et theodosio *G* consulibus] constantino *N* 1/2 tribunis *(om. G)* pl. sen. suo *(om. NB)* sal. dicunt *(om. A)* post alia (p. a. *om. B.*) in *(om. PMS)* criminalibus *post* 77, 2/3 mariano (*praem.* ħ *N*; *suo loco pro iis est* haec): *error ortus ex nota* ħ = hic deest 2 statuto *O* 2/3 quinqueuirales *S*ᵃ, quinqueuiriles *G*, quinqueralis *L*, quinquemuenales *N* 3 forma] forti *N* seruetur *O*, seruabuntur *G* quo] qua *BG* perfecile *N* optimos (-mus *LS*ᵃ) legere (legare *G*)] obtinui elegere *N*

de summis, sortito tamen ad iudicium vocabuntur, ne de capite atque innocentia alterius iudicio electi iudicent. ET CETERA. DAT. VIII ID. AVG. RAV(ENNAE) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

INTERPRETATIO. Cum pro obiecto crimine aliquis audiendus est, quinque nobilissimi viri iudices de reliquis sibi similibus missis sortibus eligantur, ne studio videantur electi et de capitali re aut innocentia alterius videatur facile iudicari.

BREV. *(NABGOPMLS).*

1 sortitu *L*, sortiti *BG* uocabantur *M*, *inc. P*ᵃ nec *N* de *om. PM* 2 iudicium *NBG*, iudicum *L* et cetera *om. O* 2/3 dat. uiii id. aug. rau. *(om. B)* asclepiodoto (asclipiodoto *AG*) et mariniano (mariano *NA*, mar. uuoc *B*) *libri (subscr. om. S*ᵃ*)* 4 nobiles *PMS* | 5 reliquis *om. O* eligant *O*, *om. L*ᵃ ne] nec *G* studio] aliquo studio *BG* 6 re aut] reatur *BG* innocentiam *NB*, innocentiae *L* alterum *A* uideatur (uideantur *BOL*) f. iudicari (-re *NOL*) *om. S*ᵃ

## II. NE IN SVA CAVSA QVIS IVDICET.

BVRG. R. 42. — *Iust. 3, 5:* ne quis in sua causa iudicet vel sibi ius dicat.

II,2,1 [= BREV. II, 2, 1] (376 Dec. 1).

IMPPP. VAL(ENS), GRAT(IANVS) ET VALENT(INIANVS) AAA. AD GRACCHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Promiscua generalitate decernimus neminem sibi esse iudicem debere. Cum enim omnibus in re propria dicendi testimonii facultatem iura submoverint, iniquum ammodum est licentiam tribuere sententiae. LECTA KAL. DECEMB. VALENTE V ET VALENTINIANO AA. CONSS.

| IVST. 3, 5, 1. | IVST. 4, 20, 10. |
|---|---|
| Generali lege decernimus neminem sibi esse iudicem vel ius sibi dicere debere. in re enim propria iniquum admodum est alicui licentiam tribuere sententiae. | Omnibus in re propria dicendi testimonia facultatem iura submoverunt. |

INTERPRETATIO. Omnes praeceptio nostra constringat, ut nullus in sua causa iudex sit, quia, sicut testimonium unusquisque pro se dicere non potest, ita nec pro se poterit iudicare.

BREV. *(NABGO[om. int.] PMLS).* — IVST. 3, 5, 1. 4, 20, 10. — BVRG. R. 42.

1,2 ual. gr. et ualent. (ualerianus *BG*)] *ABGOL*, ual. ualent. et gr. *PMS*, ualent. et ualens *N* 2 gracchum] grecum *NGS*¹, bassum *(transpositis foliis ita, at ante 2, 1, 1 collocetur 2, 9, 3 et inscr. 2, 10, 1* Bassiano*) O* 3 p̄u] *PM*, publio *S*, p̄fu *G*ᵇ, ppō *NB*, p̄m *L*, preposito *O*, pampeium *A*, *inc. G*ᵃ 5 iud. esse *B* 6 re propria *L*, se propria *NBPMS*, se propriam *AG*, propriam se *O* 7 testimonia *NPMS, om. O* facultatem (-te *N*) iura] i. f. *G* 8 iniquum] in quem *S* licentia *LS* tribuere sententiae] tr. sententia (-tiam *NG*ᵃ) *NBG*ᵃ*L*, sententiae dandae tribuere *O (cf. subscr.)* 8/9 lecta (data *O Iust. [PL]*, data u *Iust. [Hal.]*, lecta dat *AS*², electa [-tae *G*] data *NBG*) k. dec. ualente u *(om. APMS)* et ual. aa. (iuniore *Iust. [Hal.], om. NG) libri* 10/11 *om. S*¹ 10 omnia *N*ᵇ*A* praecepta *G* constringant *GL* 11 quisque] quis *N* se *om. O* nec] ne *G*ᵃ

## III. DE OMISSA ACTIONIS IMPETRATIONE.

*Rubr. om. S*¹*:* — obmissa *G*, omissae *S*, missa *A* — actiones *NL* — inpetrationes *N*, *om. A.* — *Cf. Iust. 2, 57:* de formulis et impetratione actionum sublatis.

II,3,1 [= BREV. II, 3, 1] (428 Febr. 20).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENTIN(IANVS) AA. HIERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Nulli prorsus non impetratae actionis in maiore vel minore iudicio agendi opponatur

1 herio *A*, egerio *L* 2 non] nostris *G* impetrata *L*, impetrata ea *N* actiones *L* | maiorem *PMS* minore] minorem *PMS*, in minore *G* agendi] agenti *O Iust.*

exceptio, si aptam rei et proposito negotio conpetentem eam esse constiterit. ET CETERA. DAT. X KAL. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) TAVRO ET FELICE CONSS.

INTERPRETATIO. Nullus per hoc praeiudicium negotii videatur incurrere, quod in cuiuscumque audientia causae suae actio non pervenerit ad effectum. Solum est, ut vox sua rationabilis, cum proposuerit, adprobetur.

---

RREV. *(NABGOPMLS)*. — IVST. 2, 57, 2.

1 excepto *G* aptam (-ta *BG*)] a. esse constiterit $A^{a}$ rei] re *BG*, rei causam *LS* propositam *L*, praeposito *N* competente *B* 2 dat. x *(om. N)* k. mart. const. tauro et felice *(sic O et Iust. [PML]*, felice et tauro *rel. et Iust. [Hal.])* 3 praeiudicio *BG* incusare *B* 3/4 cuiscumque *A* 4 audientiam *NPMS* actio] negotium *B* peruenerit] processerit *O* ut *om. B* uox] uxor *N* sua *om. B* 4/5 rationabilis (-les $S^{a}$, racionalis *GO*) cum prop.] cum pr. rat. *A* 5 comprobetur *O*

# IIII. DE DENVNTIATIONE VEL EDITIONE RESCRIPTI.

nuntiatione $N^{a}$ — uel editione (edictione $NGM^{a}L$, indictione *O*, *inc. P*) *om. S*

II, 4, 1 [= BREV. II, 4, 1] (319 Febr. 4).

IMP. CONSTANT(INVS) A. AD SYMMACHVM. Si quando minoribus vel adultis inferenda lis erit vel ab ipsis minoribus vel adultis cuidam quaestio movenda sit, non alias cursus temporis incoetur, nisi ab universis, quos officii sollicitudo constringit, hoc est tutoribus, sive testamento sive decreto dati sunt, vel curatoribus, per quos minores defenduntur, vel
1 iisdem omnibus sollemni more lis fuerit intimata. Quod || si divisum administra- [|| IVST.] tionis periculum per provincias sit, his tantum omnibus insinuari convenit et ab ipsis inferri litem, qui in ea provincia tutelae vel curae officium sustinent, ne de aliis provinciis defensores minorum ad iudicia perducantur. DAT. PRID. NON. FEBR. SIRMIO, ACCEPTA VIII ID. MART. CORINTHO CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis contra eos, qui in annis minoribus constituti sunt, litem forte commoverit aut si a parte ipsorum reus aliquis arguatur, ex eo tempora conputanda sunt, ex quo tutor sive curator minoris aut per iudicem aut per curiam intulerit seu exceperit actionem: ita tamen, ut, si in diversis provinciis istius officii homines sunt, id est curatores vel tutores qui minorum causas tuentur, qui in eadem provincia fuerint, ubi intentio nata probatur, ipsi aut ingerant aut excipiant actiones, quia nolumus, ut ad aliam provinciam defensores minorum pro audientiae necessitate ducantur. Hoc de iure adiectum est.

---

BREV. *(NABGOPMLS)*. — IVST. 5, 40, 2.

1 impp. *N* ā *om. L*, ā et licinius caes. *Iust.* symmachum] barroniacum $B^{v}$, symachum barroniacum *G*: *fuit fortasse vicarius* 1/2 lis erit *om. O* 2 min. uel ad. *om. O* cuidum *N*, cuiquam *OL* mou. sit qu. *O* alius *N* 3 tempores *L*, tempore *N* inchoatur $G^{a}$, intuetur $L^{a}$ constringet *L*, constrigit *A* est] est ut *N* 4 sibi t. sibi d. *N* dati (didati $L^{a}$, dictati $L^{b}$) sunt (sint *NAL*)] datis *O* minoribus *S* 4/5 uel iisdem (isdem *A*, hisdem *NGS*) omnibus] si eis *O* 5 lis *om. PM* 5/6 administrationes *L* 6 insinuare *N* ab] ea *L* ipsis] his *O* 7 inferre $G^{b}M^{a}$, infere $G^{a}$ litem] legem *O* eam prouinciam *G*, ea prouinciae *B* curae] curare *L* officio $L^{a}$ de aliis] aliis de *G*, de alienis *PMS* 8 perducantur] *NBGPMS Iust. (VCM)*, pertrahantur *O*, producantur *A*, *om. in sp. vac. L* 8/9 dat. prid. *(om. B)* non. *(om. O)* feb. sirmio (firmo *G*, firmo aug. *B*) acc. uiii (uii *NBG*) id. mart. corintho (corindo *G*, corinto et *S*) const. a. *(om. N)* u et lic. c̄ *(sic NAO, om. rel.) libri* 10 constituti *om. O* fortasse *NL* 11 commouerint *L* ipsorum reus (reos *L)* aliquis *(om. AB)*] al. eorum reus *O* tempora] *OPMS*, tempore *NABGL* conpetenda *B*, computandi *G* 12 minores $N^{a}GP$, minorum *S* iudicium *B* per cur.] procur. *N* seu] siue *AGOL* acciperit *B* 13 ut *om. G* si in] siue sint *B* istius officii] istius *B*, istius modi *G* hominis *B* sunt *om. AB* tutores] cultores *A* 14 tueantur *BG* prouincias *L* fuerit *BG* intentio] contentio *O* proturbatur *G* 15 ingenerant *B* uolumus *A* 16 hoc *(om. PM)* d. i. a. est *AP (char. diverso) MS, om. reliqui*

[,4,2 [= BREV. II, 4, 2] (322 Mai. 23).

IDEM AVG. AD MAXIMVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Denuntiari vel apud provinciarum rectores vel apud eos, quibus actorum conficiendorum ius est, decernimus, ne privata testatio mortuorum aut in diversis terris absentium aut eorum, qui nusquam gentium sint, scripta nominibus falsam fidem rebus non gestis adfigat. DAT. X KAL. IVN. SEVERO PROBIANO ET IVLIANO CONSS.

INTERPRETATIO. Contestari apud rectores provinciae vel defensores aut omnes, apud quos gesta conficiuntur, litem iubemus, ne ullus nomen absentis aut mortui vel qui non potuerit inveniri in litis contestatione recipiat, ne falsitatis inveniatur occasio.

---

BREV. *(NABGO [om. int.] PMLS).*

1 idem] imp. constant *PMS* aa *A*, auggg. *N* pū] *PM*, publio *S*, pfu *G*, ppo *N*, pō *B*, pm *L*, ppm *A*, praepositum *O* 1/2 rectoribus *PM*, rectoris *S*ᵃ 2 auctorum *GL* 3 sunt *A* 4 adfigat (-gant *GS*, -gent *A*)] *ABGPMS*, adfligat *NOL*, adfingat *edd.* 4/5 dat. x k. iun. (iul. *GO*) sirm. probiano et iul. *libri (subscr. om. S): subscriptionem firmat laterculus praefectorum* 6 contestaturi *BG*, montestari *(err. min.) A* 7 conficiunt *N* lites *B* ne] nec *A* nullus *N*, ullis *L* absentes *N*ᵃ*L* poterit *PMS*, potuerint *G* 7/8 inuenire *LS*ᵃ 8 in *om. AG* recipiant *GPMS*ᵃ falsitates *N*ᵃ occasio] accusatio *N*

---

II,4,3 [= BREV. II, 4, 3] (371 Iul. 29).

IMPP. VALENTIN(IANVS), VAL(ENS) ET GRAT(IANVS) AAA. AD AMPELIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Exigendae denuntiationis locus non est, cum quis ad luendum debitum evidenti chirografo convenitur. DAT. IIII KAL. AVG. CONTIONACI GRATIANO A. II ET PROBO CONSS.

INTERPRETATIO. Contestatio locum habere non potest, quando aliquis ad solvendum debitum certa cautione convincitur.

---

BREV. *(NABGO [om. int.] PMLS).*

1 ualens] et u. *L* ad *om. A* empelium *G* pū] *G*ᵇ*PM*, publium *S*, ppo *G*ᵃ, po *B*, pom *N*, ppm *A*, pm *L*, preposito *O* 2 exigendae .... debitum *om. S*ᵃ denuntiationes *N*ᵃ luendum] *NABGP*, ludendum *S*, soluendum *OML* euidenti] et uidenti *N* 3 conuentos *N* dat. iiii (iii *AO*) k. aug. contionaci *(sic OPM*, concionaci *NA*, concionati *BG*, contionati *S)* gratiano (saturnino gratiano *A*) a. ii *(om. AOS)* et probo *libri* 4 contestatio *om. PM* 5 cautione] causatione *L*, accusatione *B*

---

II,4,4 [= BREV. II, 4, 4] (385 Iun. 18).

IMPPP. VALENTIN(IANVS), THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD ROMVLVM CONSVLAREM AEMILIAE ET LIGVRIAE. Post celebratam denuntiationem seu edicto seu editione rescripti, quod tamen iure sit impetratum, lis exordium auspicatur inter iustas videlicet legitimasque personas. Et si qui perennitatis nostrae pendentibus temporibus responsa protulerit, non modo tempora, quorum erunt curricula, non dilatentur, sed et quidquid elicitum erit, frivolum iudicetur. DAT. XIIII KAL. IVL. MEDIOL(ANO) ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE CONSS.

---

1 et *om. O* arcario *L*ᵃ 1/2 ad romulum (romolum *M*) consularem (cons r *B*, consulem *PMS et 16*, constpl *N*, constantinus *G*) aem. et lig. *om. L* 2 celebratam (-tum *L*) denuntiationem (-nes *L*)] d. c. *O* seu (siue *BG*) edicto (edicio *M*) seu (siue *BG*) *om. in sp. vac. L* editione] *BO*, edictione *NAGPMLS* quod] quo *GL* 3 imperatum *A* lis] litis *NLS*, is *B*, his *G*ᵃ, bis *G*ᵇ aspiciatur *L. 17*, autspicatur *AG*ᵃ iustus *L*, istas *PM. 16*, illas *17* legitimasque] *rel. et Sang.* (..... asque), legitioabsque *N*, legitimamque *ML* 4 si *om. L*ᵃ qui] *NPMLS*, quis *ABGO* perennitatis (-tes *NPM*, serenitatis *L*) n. pend. temp.] pend. temp. per. n. *O* protulerint *NLS* 5 modum temporum *G* quorum erunt (eorum *A*, uerum *N*)] querunt *B*, quaerant *G: scr.* quorum eunt curricolo *L*ᵃ, pericula *B*¹ degetentur *L* et *om. L* elictum *L*, electum *NS* fuerit *BG* 5/6 fridulum *N*ᵃ 6 iudicentur *L*, iudicatum *PM* dat. xiiii *(sic NBO*, uiiii *A*, xiii *PMS)* k. iul. med. *(om. N)* arc. aug. i *(om. A)* et bautone *libri*

INTERPRETATIO. Posteaquam per scripturam lis fuerit contestata et per publicam conventionem, quisquis ille est qui pulsatur agnoverit, tunc lis incoata dicatur, si tamen litigantum perfectae probantur aetates. Nam si quis principis beneficio contra rationem legis causae suae tempora speraverit prolongari, quidquid pro hac re meruerit, non valebit.

---

BREV. *(Parisinus 12161 Sangerm. [ubi diserte adlegatur multis locis evanidus factus] inde a 79, 2* rescripti *NABGOPMLS et 16. 17, ubi adlegantur).*

1 postquam *PMS* scriptura *N* per] post *PM* 2 pulsatus *G* tunc] quia tunc *BG* inchoat *N* dicatur] dicitur *G*, dic̄ *B* litigantum] *NBG*, litigantium *AOPM*, litigantur *L* 3 perlectae *N*, praefecte *L* probatur *A* etatis *G* principes *S*ª legi *N* 4 sperauerit] *Sang. NABGOL*, supplicauerit *PMS* prolongare *G*

---

II, 4, 5 [= BREV. II, 4, 5] (389 Mai. 2).

IDEM AAA. AD CLAVDIVM CONS(VLAREM) TVSCIAE. Universa quidem negotia, quae ex rescriptorum auctoritate sortiuntur exordium, ad cursum temporum pertinere decretum est: ante omnia vero procurandum est, ne pervasionibus inproborum protelandae cognitionis praebeatur occasio. Idcirco si quis possessione deiectus auxilium nostri poscat oraculi, nullis eum temporum, quae ex rescriptorum editione defluunt, moris esse cludendum hac lege decernimus, ne iuris suffragium, quod in celeri reformatione consistit, beneficiorum inperialium decreta suspendant. DAT. VI NON. MAI. MEDIOL(ANO) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

INTERPRETATIO. Licet in negotiis, quae per actionem elicitam incoari videntur, legitimus ad respondendum temporum semper cursus observandus sit, specialiter eos qui aliqua pervaserint non patimur per quamcumque occasionem differre negotium. Ideoque cum ille, qui fuerit de possessione deiectus, audientiam impetraverit iuxta iuris ordinem intra annum, ad recipienda quae perdidit nullatenus differatur. Nec aliqua pervasori dilatio concedatur, etiamsi pro hac re differenda beneficium principis potuerit obtinere.

---

BREV. *(Sangerm. [v. ad l. 4] NABGOPMLS).*

1 āāā] aug. *Sang. APM* claudianum *A* cons. tusciae (tustrae *O*)] t. c. *G* 2 sociantur *L* exordio *G* 3 uero *om. Sang.* procuranda *Sang.* ne] in *G* persuasionibus *GL*ᵇ inproborum . . . . 4 nostri *om. hoc loco, inserit post l. 6, 10* auspicia *(in* nostri *folium finit) L* cognationis *PM* 4 occasio] esse anno *(sic) N* possessionem *N* nostrum *N* poscatur *B* oraculis *N*, oraculum *L* 5 nullus *L* scriptorum *O* edictione *NM*ª*L* moris] mores *L*, modis *N*, moribus *B*, mortibus *G* cludendum] *scripsi*, claudendum *BG ex emendatione puto*, ludendum *Sang. N*ª*AOPMLS*, luendum *N*ᵇ hac] ac *NPM* 6 decernimur *A* constetit *L* 7 suspendat *NG*ª, suspendunt *LS* dat. ui (u *BG*) non. mai. (marc. *S*) med. timasio (timatio *B*, crinatio *G*, artimasio *S*) et pr. *libri (subscr. evanuit in Sang.)* 8 interpr.] de inuasuris inter̄p *L* electam *N*, elicetum *L*, **ici(?)am *Sang.*, inlicitam *S* inchori *N*ª, incori *M* 9 ad resp. *om. O* semper *(om. B)* cursus] c. s. *O* speciliter *N*, sp. tamen *O* 9/10 peruaserunt *N* 10 quacumque *PMS* occasione *PMS*, occansione *N* deferre *NGS*ª 11 eiectus *B*ᵇ, eictus *B*ª intra] iusta *A*ª recipiendam *N* 12 perdiderit *NA* peruasuri *N*ª hac *om. PMS* re] re ne *N*ᵇ, re nec *N*ª 13 beneficiorum *B*ª postolaret *N*

---

II, 4, 6 [= BREV. II, 4, 6] (406 Iul. 19).

IMPPP. ARCAD(IVS), HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. AEMILIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Si quis debiti, quod ex fenore vel mutuo data pecunia sumpsit exordium vel ex alio quolibet titulo in litterarum obligationem facta cautione translatum est seu fideicommissi dirigat

---

1 hon. (et hon. *G*) et th.] et hon. *O* emeliano *S*, emelian* *Sang.*, emilio *L* p̄ū] *PM*, publi*o *S*, pp̄ō *NAL*, p̄ō (*supra v.* praefecto) urbis *G*, pōb urbis *B*, preposito *O* 2 debiti] dirigat actionem debiti *O* quod] *NABGO*, uel quod *PMS*, *om. L* ex] ad *PMS* fenorem *S* mutuum *M* exordio *N* ex *om. S* quodlibet *N*, quelibet *L* 3 obligationem] *GO*, obligatione *Sang. (?) NABPMLS* seu] siue *PMLS* fideicommisso *L*¹, de fideicommisso *L*² 3/81,1 dirigat actionem (-ne *B*)] actionem inferat *O*

actionem aut momentariam possessionem pervasione violatam vel ‖ ˹quodlibet˺ interdictum efflagitet ˹seu inofficiosum arguat testamentum vel tutelae seu negotiorum actionem intendat˺, ruptis ˹denuntiationum˺ ambagibus inter ipsa cognitionum auspicia rationem exprimere ac suas allegationes iubeatur proponere, ‖ denuntiatione et temporum observatione remota, quam in ceteris civilibus causis, quarum tamen aestimatio centum solidorum summam excedat, volumus custodiri. DAT. XIIII KAL. AVG. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) A. VI ET PROBO CONSS.

IVST.
‖ ˹Si quis quodlibet˺
˹seu .. intendat˺ *om.*
˹ueteribus˺

‖ *fin.*

INTERPRETATIO. Pro repetendo debito, unde certa scriptura profertur, seu de id, quod alicui fideicommissum est ut daretur, aliquis agat, aut aliquid sibi alleget fuisse pervasum, aut quodlibet intra annum beneficium momenti requirat, aut testamentum dicat non esse legitimum, vel de tutela aliquid proponat, non expectetur, ut prius quod repetit apud acta proponat aut ordo ipsius causae petatur scriptus, sed mox apud iudicem sine ulla temporum mora, quae per hoc videtur afferri, causam suam proponat et omnes partes suae probationis exhibeat. Quam rem etiam in civilibus negotiis praecipimus observari, quae tamen minus, quam centum solidorum summa est, valere constiterit. Hic de iure addendum est.

---

BREV. (*Sang. [v. ad l. 4] NA [finit* 81, 16 *in* proponat et*] BGOPMLS)*. — IVST. 8, 1, 4.

1/2 peruasione (-nem *NA*) uiolatam] peruasam siue uiolatam *BG* 2 quodlibet] *PM*, quolibet *NABGLS* interdum *B* efflagitet] effleet *M*¹, efflag.tent *Sang.*, efflagitet et *S* 3 in offitio suum *G* argua *N* 4 actione *Sang.L* 4/5 denuntiationem *AS*¹, denunciacione *L* 5 ambaginibus *B* cognitione *L* 5/6 auspicia] *vide supra ad l. 5 v. 3* 6 ac (hac *Sang.*) suas *om. N* alligationes *B* 6/7 iubeantur *G* 7 denuntiationi *PM*, denuntiationem *AS* et (*om. Sang. [?]*) temporum] temporumque *O* 8 quam] qua *Sang.*, quam rem etiam *BG* in ceteris] incitantis *L* causis] c. praecipimus obseruari *BG* stemacio *L* cento *N* 9 summa *NA* excedit *O* custodire *NBGL* 9/10 dat. xiiii (*sic Sangerm. NABO*, xiii *PMS*, xuii *G*ᵃ, xui *G*ᵇ) k. aug. const. (*om. Iust.*) [*Ver. Hal.*]) arc. a. ui (a. ui *om. BGPMS*) et ˙probo (probino *NO*, ˙probono *A*, *def. Sang.*) *libri* 11 replendo *PM*, reparando uel repetendo *G* ~ id] *NBPMLS*, eo *G*, hoc *AO* 11/12 alicuius *O* 12 aliquis] si al. *A* aliquid] aliquis *PMS* alliget *AB*, adlegit *N*ᵃ 13 quolibet *NBGS* annuam *O* beneficium] *Sang. AO*, beneficio *NBGPMLS* monenti *N*ᵃ 14 tutille *L* proponat] requiratur *BG* non expectetur (spectetur *G*) *om. B* ~ repetet *PM*, reperit *B*ᵃ 15 causae] cau *A* inscriptus] *BG* per *om. S* 16 auferri *NAPMS* partes] cartas *S* promissionis *PM*, praeuaricationis *S* quem *N* 17 etiam] etiam et *PMLS* praecepimus *NB* quae] quam *O* minus] non minus *BG* 18 summa est] summam *GO* hic d. i. addendum (additum *S*) est] *P (char. div.) MS*, *om. NBGOL*

---

II, 4, 7 [= BREV. II, 4, 7] (409 Iun. 26).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. IOVIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Quaecumque forte ecclesiae venerabilis negotia sunt vel esse poterint, actiones celeri legum ordine servato iudicantum disceptatione finiantur. Nec enim decet defensione loci nomi-

---

1 iouino *OL* 1/2 quacumque *S* 2 uenerabiles *PMLS*ᵃ. *Sequuntur in L haec scripta manu posteriore in spatio vacuo non toto sic expleto:* si quis percusorem ad te venientem ferro reppuleris non abeatur omicidium quod se prior salutis videtur in nullo peccasset liber scdo *sequente spatio vacuo; eadem (teste Savignyo Gesch. des röm. Rechts 2² p. 292) leguntur in collectione Anselmo dedicata pleniora sic:* Ex libro VII cod. tit. 38: qui percussorem ad se venientem ferro repulerit, non habeatur homicida, quia defensor propriae salutis videtur in nullo peccasse. Et qui ad possessionem alienam violentus advenerit cum multitudine congregata, si aut ipse aut aliquis ex eodem numero casu dum pellitur violentia occisus fuerit, is qui pro necessitate hoc fecit, a metu poenae liber habeatur. Datum VIIII kl. Oct. iust. opimo. ⌐ *Sumpta sunt haec ex edicto Theoderici c. 15. 16 adiectis inscriptione et subscriptione commenticiis.* 2 poterint] *GPMS*, potuerint *NBOL* 3 ordinatione seruata *O* iudicantum (-tium *L*) discept.] d. i. *O* firmantur *B* defensionem *L*

nisque venerabilis suscepta publica diu secretaria praestolari. DAT. VI KAL. IVL. RAV(ENNA) HONORIO VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Ecclesiarum negotia pro reverentia sanctitatis ac fidei oportet, cum ad publicum prolata fuerint, sine aliqua dilatione finiri, nec debent defensores loci venerabilis ulla tarditate suspendi.

BREV. *Sangerm. [vestigia pauca] NBGOPMLS).*

1 uenerabiles $LS^{a}$ publica diu secr.] p. s. d. *B*, diu publicandum secr. *L* 1/2 dat. ui k. iul. rau. hon. uiii (uii *PMS*, uiiii *BG*) et th. iii *(om. NGOS)* aa. *(om. S) libri* 3 *interpretationi praemittit Gothofredi v(etus) c(odex):* imp. theodosius dixit ad episcopos reuerentiam $N^{a}PM$, reuerentiae $N^{b}$ 4 prolatae $N^{b}S$ finire *L* uenerabiles *S*

## V. DE DOMINIO REI QVAE POSCITVR VEL CONSORTIBVS AB EO, CVI DENVNTIATVM FVERIT, NOMINANDIS.

domini *S* — poscetur *N*, potitur *G* — uel (a *ins. B*, ad *ins. G*) cons. ab eo c. d. f. nominandis (postulandis *edd.*) *om. PMS.* — *Iust. 3, 40:* de consortibus eiusdem litis.

II, 5, 1 . . . .

IMP. CONSTANTINVS A. . . . . . . Petitor quem voluerit de consortibus pulset et quem vult per suam voluntatem praetereat, ea tamen condicione, ut qui pulsati non fuerint nullum de his quae iudicata fuerint praeiudicium patiantur, sed cum voluerint suas instituant actiones.

BVRG. R. 47: De *(om. libri)* consortibus etiam hoc scripta lege (scriptur legem *vel* sequentibus *codd.*) per rationem subiunctum est, ut petitor . . . actiones secundum legem de consortibus.

1 *praescr. venit ex l. sequente.* 2 sua uo- | luntate *codd.* 3 iudicata *vel* iudicatum *codd.*

II, 5, 2 [= BREV. II, 5, 1] (362 Sept. 3)

IMP. IVLIANVS A. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Explosis atque reiectis praescriptionibus, quas litigatores sub obtentu consortium studio protrahendae disceptationis excogitare consueverunt, sive unius fori omnes sint sive in diversis provinciis versentur, nec adiuncta praesentia consortis vel consortium agendi vel respondendi iurgantibus licentia pro parte pandatur. || Et amputata constitutione Constantini patrui | || *fin.* IVST. mei quae super consortibus promulgata est, antiquum ius, quantum pertinet ad huiusmodi disceptationes, cum omni firmitate servetur, ut interruptis artificiosis obstaculis possidentum astutia conprimatur. DAT. III NON. SEPTEMB. ANTIOCH(IAE) MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

INTERPRETATIO. Remotis obiectionibus, quibus se consortes ad respondendum invicem excusabant, ut, si non in una provincia vel sub uno iudice omnes essent, dum praesentiam suam non simul esse causantur, repetentes videbantur inludere: unde dilationem hanc removentes, quam patruus noster Constantinus consortibus in hac parte praestiterat, iubemus secundum antiqui iuris ordinem, quicumque pulsatus fuerit, pro sua parte vel persona respondeat nec diutius sub hac occasione repetentem differat ille qui possidet.

BREV. *(Sangerm. [vestigia] NBGOPMLS).* — IVST. 3, 40, 1.

1 imp. *om. M* post alia *om. GL* expulsis $N^{b}BGS$, expulsus $N^{a}$ reiectus $N^{a}$ 2 perscriptionibus *GL* legatores $N^{a}$ obtentu] tentum $B^{a}$, obtentu (uel *ins.* $G^{b}$) obtutu *G* 2/3 disceptationes *NL*, desceptationis *M*, descriptionis (-nes $B^{a}$) *BG* 3 consuerunt *NPM* siue] seu *L* omnis *N* seruentur *N* 4 nec] ne $G^{b}L$ adiunta *M* consortes *NL* 5 padatur $M^{a}$, pedatur $L^{a}$ amputatam *L*, postposita *BG* constitutionem *N*, constitutione $L^{a}$ 6 super *om.* $N^{a}$ quantum] tantum *L* iusmodi $N^{a}$, eiusmodi $N^{b}$ 7 seruentur *L* ob(s *ins.* $L^{b}$)tentacolis *L* possidentium *BOPMS*, possidendum *G* 8 aestutia *PM*, adstutia *S* dat. iii (iiii *S*) non. sept. ant. mam. et neuitta (neuita *OPMS*, neuitiano *BG*) *libri* 9 adiectionibus *G* cons. se *edd.* 9/10 excusabunt *L* 10 iudice mnes *M* essc *G* 11 similem *L* causarentur *O* repentes $M^{a}$ unde *om. O* hoc *L* 12 iubemus] i. ut *LS* 13 parte uel *om. O* ne $N^{b}O$ 14 sub hac occasione (-nem *L*) *om. O* repetente *N*, se (rem $G^{v}$) petentem *G* possedit $NS^{a}$

# VI. DE TEMPORVM CVRSV ET REPARATIONIBVS DENVNTIATIONVM.

cursum *N*

II, 6, 1 [= BREV. II, 6, 1] (316 Mai. 6).

IMP. CONSTANT(INVS) A. IVLIO VERO PRAESIDI TARRACONENSIS. Cum semel negotium necessitate vel casu temporibus fuerit exemptum ac postea per indulgentiam clementiae nostrae redintegratio praestetur, intra quattuor menses iudicantis arbitrium, non ulterius, litigatoribus praeberi oportet, etiamsi per obreptionem aliquid a nobis iterata supplicatione meruerint. DAT. PRID. NON. MAI. VIENNAE SABINO ET RVFINO CONSS.

INTERPRETATIO. Quando aliqua causa necessitate intercedente vel casu promissum tempus excesserit et principali beneficio eam litigator meruerit reparare, non amplius ad definiendum negotium iudices quam quattuor menses litigatoribus praestent. Quibus exactis, etiamsi aliud dominorum beneficio obtinuerit, nullatenus audiatur.

BREV. *(Sangerm. [vestigia]NBGO[om. int.]PMLS).*

1 a. *om. O* iulio uero (uiro *BS*$^{b}$)] *NBPMS*, iuliano u c *G*, iulio aemiliano *L*, iulio *O*: Iulio Severo *Seeck ad 8, 18, 2* tarraconensi *traditur* negotio *N*$^{a}$ 2 necessitate] uel n. *GL* fuerint *M* exceptum *G* ac] si *O* 3 redente (redempte *L*) gratia *NL* praestatur *B*, prestor *L* iudicantes *NOL* arbitrio *B* non] et non *O* alterius *L* 4 praebere *BOS*, praebeat *GL* iterata] et irato *N* 5 eruerit *G*$^{a}$ dat. prid. non. mai. uiennae *(sic O,* uianae *BPMS*, bienes *G*, auianae *N)* sabino (sauino *O*, ambrosio *G*) et rufino (rufo *G*) *libri* 6 quando] quod *S*$^{a}$ aliquam causam *N* necessitates *L* intercedente uel ueniente *G*, interueniente *B* praemissum *PMS* 7 et] ex *L* 8 negotio *N*$^{a}$ 9 obtenuerit *L*, obtinuerint *LS* auditur *PM*, audiantur *S*

II, 6, 2 [= BREV. II, 6, 2] (319 Oct. 24).

IDEM A. AD FELICEM PRAESIDEM CORSICAE. POST ALIA: Si petitores probaverint interpellantes se saepius esse dilatos atque ita labsum temporis incurrisse per neglegentiam atque desidiam gravitate tua audientiam differente, indemnitas petitorum pro modo litis, quae in altercationem fuerit adducta, de tuis facultatibus sarcietur. DAT. VIIII KAL. NOVEMB. SIRM(IO) CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.

INTERPRETATIO. Si repetentem iudex per neglegentiam usque eo distulerit, ut causam suam transactis legitimis temporibus perdat, omnia, quaecumque in illius iudicio iuste sibi potuit vindicare, ei de iudicis ipsius facultatibus habita aestimatione reddantur.

BREV. *(Sangerm. [vestigia]NBGO[om. int.]PMLS).*

1 corsiucae *N*, cursie *L* 1/2 se int. *O* 2 dilatus *N*$^{a}$*L* ita .... 3 atque *om. S* lapsus *L* incocorrisse *L* 3 desidia *N* grauitatis tuae *BG* audientia *Sang.* differentem *GL*, def[*erente*] (?) *Sang.* modum *B* lites *NGL* 4 quae] qui *B* altercationem] *N*, altercatione *BGOPMLS*, alteration ... *Sang.* fuerint *BGL* addicta *L*, addictae *G*, deducta *B* de tuis] detur *N* sarcietur] satietur *L*$^{a}$*S* sarcientur *B*, sarciatur *NG* 4/5 dat. uiiii (uiii *N*, iiii *G*) k. nou. sirm. const. a. u *(om. BS)* et licinio (luciuo *B*) c̄ (cc *B*, *om. reliqui*) *libri* 6 usque] lisque *N* eo] eos *L*, adeo *BG* suam *om. N* 7 iuste] iusse *N* sibi *om. edd.* potest *PMS* 8 ei] eidem *L*, et *N* iudicis (-ces *N*$^{a}$) ips.] ips. iud. *G* reddatur *BGL*

II, 6, 3 [= BREV. II, 6, 3] (321 [317—319] Mai. 20).

IDEM A. AD BASSVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Altero ex litigatoribus in lite defuncto cursum temporis esse reparandum latis iam dudum legibus continetur. DAT. XIII KAL. IVN. SIRMIO CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS.

1 idem] imperatores constantinus et crispus *O* augg. *N*, *om. O* ad bassum] gracco *O (vide supra ad 2, 2, 1)* pu̅] *PM*, publio *S*, pfu̅ *G*$^{b}$*L*, p̅p̅o̅ *N*, p̅o̅ *B*, preposito *O*, *inc. G*$^{a}$ ligatoribus *L* 2 rep. esse *G* datis *M* continetur *om. B* 2/3 dat. xiii (xii *N*, xui *potius quam* xiii *P*) k. iun. (ian. *N*) sirmio crispo (crispio *G*, crispino *N*) ii et const. ii *(sic BG, om. reliqui)* cc. (caes. *B*, *om. reliqui*) *libri. Subscriptio et haec et coniunctarum (5, 1, 1. 11, 35, 1) corrupta videtur; Septimius Bassus urbem administravit a die 317 id. Mai. ad a. 319 k. Sept.*

INTERPRETATIO. Si unus ex litigatoribus, sive pulsatus sive petitor, intra constitutum per scripturam tempus fortasse defecerit, tempora, quae fuerant statuta, successoribus renoventur.

---

BREV. *(Sangerm.[vestigia] NBGOPMLS).*

1 uno *(?)* $N^a$ seu puls. seu *B* petitus *PM*, penitos *(?)* $G^a$, penitus $G^b$ constitum $N^a$ | 2 scriptum *BG* fortasse] de hac luce fortasse *edd.* tempore *N* reparentur *O*

---

II, 6, 4 [= BREV. II, 6, 4] (338 Dec. 27).

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD ACINDYNVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si quis iurgantium ante litis terminum ultimum diem obierit, non, ut ante statuimus, a decedentium primo die cursum temporis observari oportet, si successor legitimae aetatis sit, sed ex die petitae bonorum possessionis vel aditae hereditatis ei tempora renovari; ita tamen, ut ea res non lateat possidentem nec clam, aut fraudem ut tempori faciat, pertemptetur. Quod si successor minoris aetatis sit, postquam datus tutor sive curator sollemnia susceptae defensionis inpleverit, tempus dinumerari conveniet. DAT. ET P(RO)P(OSITA) VI KAL. IAN. ANTIOCH(IAE) VRSO ET POLEMIO CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis de litigatoribus ab hac luce discesserit, heredi eius non ex die, qua ille defunctus est, sed ex quo hereditatem acceperit, actionis tempora, quae auctori ad litem constituta fuerant, renoventur: ita tamen, ut fraus tempori, ex quo res est possessa, non fiat, sed sciat se rem tenere, qui petitur. Quod si heres sit in annis minoribus constitutus, tutori vel curatori ex eo tempora subputentur, ex quo pro minore firmam personam defensionis accepit et rem tenuit.

---

BREV. *(NBGO [om. int.] PMLS).*

1 imp.] interp̄r $L^a$ constantius (constantinus *BGOLS*) et constans (constantius *BL*)] *BGOPMLS*, imp. constantinus *N* acyndinum *PMS*, acindauo *L*, acendino *O*, acendinum *B*, aquindinum *G*, acentinum *N* pp̄o] pp̄u $G^b$ 2 lites $N^aL$ ultimo die *BGS*, ultimum *(om.* diem*) O* a] ad *GL* 3 cursum] *NOL*, cursu *PMS*, cursos *B*, cursus *G* tempores *L* si] set si *O, om.* $S^a$ aetates *L* sed] *PMS, om. NBGOL* 4 possessiones *L* hereditates *L* renouari] renouauerit *BG*, renouentur *O* 5 latuit *N* nec] ne *O* clam (damna *B*, dampmum *G*) aut (ut $M^aL$) fraudem ut *(sic S,* aut *NPM, om. BGL)* tempori (-ris *B*, tempus *L*) | faciat] *NBGPMLS,* clam ei faciat fraudem temporis · *O* pertemptator *O* 6 successor *post* sit *O* minores *L* etates *L* 7 defensionis] *NOL*, definitionis (diff- *B*) *BGPMS* denumerari $B^1PM$, dinumerare *NL*, denuntiare *O* conuenit *NB* 7/8 dat. et p̄p̄ (et p̄p̄ *om. BG*) ui (uii *OS*) k. ian. ant. (arthemioc *S*) urso et pol. *libri* 9 ab] de *L* heredes *G* 10 sed *om. N* hereditate *B* acceperat *edd.* auctore *N*, actori $M^aB^a$ 10/11 ad litem] a lite *S* 11 constitutam *NL* temporis *G* 12 tere $M^a$ sit *(om. N)* in annis] *NBGL*, in annis sit *PMS* 13 tempore *N* 14 accipiat *L* tenit $N^a$, teneat *L*

---

II, 6, 5 [= BREV. II, 6, 5; II, 7, 3 H.] (340 Apr. 9).

IDEM AA. AD PETRONIVM VIC(ARIVM) AFRICAE. Inter privatos et fiscum, si ˹privatus actionem intendat, quattuor mensuum tempora custodienda sunt: cum vero fiscus privato inferet aliquam quaestionem, sex mensuum curricula serventur,˺ utrique parti petendae dilationis per defensores suos copia non neganda, si hoc commoditatis ratio postulaverit. DAT. V ID. APRIL. AQVIL(EIAE) ACINDYNO ET PROCVLO CONSS.

IVST. ˹aliqua lis mota fuerit˺

---

1 idem āā] *NOPMLS*, data id. aug. *BG* uic̄ (ūc *BG*, ū *L*, ciuilem *S*) afr.] africae ūcar *M* 1/2 inter priuatos (-tus $N^aL$, -tum $N^b$) et f. si pr. act.] si pr. act. contra fiscum *O* 2 mensuum] $B^aP^aMLS$, mensium $NB^bGOP^b$ 3 uiro $N^a$, uero si *BG* ficus *L* inferret *M*, inferrae *N*, inferat *BGOL* sex] quinque *PM* mensuum] $B^aPMLS$, mensium $NB^bGO$ curriculam $N^a$ | 4 seruetur *PM* utriusque *BG* parte *L*, parati *G* petendi *L* dilationes *BL*, *post* 5 neganda *O* suos copia] suscipiant *L* 5 negandam *N*, est deneganda *Iust.* commoditates *N* ratio] actio *PMS* postolauerat *N* 5/6 dat. u (ui *G*) id. apr. aquil. acyndino (accendino *O*) et proculo (poculo *G*) *libri*

**INTERPRETATIO. Quando inter fiscum et privatum possessorem de repetitione aliqua fuerit orta contentio, si privatus fiscum repetat, quattuor menses ad respondendum actor fiscalis habebit indutias: si vero fiscus aliquid a possessore crediderit repetendum, sex mensuum ad respondendum dilatio non negetur, dummodo ad praestandas indutias iusta ratio cognoscatur.**

---

BREV. *(NBGO[om. int.]PMLS).* — IVST. 3, 11, 6.

1 repetione *M* 2 tentio .... ad res *om.* $S^a$ fisco *N* respondendum] ponendum $S^a$ auctor *S* 3 uero] l(?)i(?)pro $N^a$, pro $N^b$ fisco. *N* aliqui $M^a$ ad possessore (-rem *N*) *NL* repetendum] ad r. *BG* mensuum] $B^a$*PMLS*, mensium *N*$B^b$*G* 4 dilatio] dilatione *L* praesentandas *S* ratione *N*

# VII. DE DILATIONIBVS.

de dilationes *N.* — *Iust. 3, 11.*

II, 7, 1 (314 Mart. 6).

**IMP. CONSTANTINVS A. AD VERVM VICARIVM. Si quando quis rescriptum ad extraordinarium iudicem reportaverit, dilatio ei penitus neganda est. Illi autem, qui in iudicium vocatur, danda est ad probanda precum mendacia vel proferenda aliqua instrumenta vel testes, quoniam instructus esse non potuit, qui praeter spem ad alienum iudicem trahebatur. DAT. PRID. NON. MART. VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS.**

**INTERPRETATIO. Quando ab aliquo principe praeceptio fuerit surrepta, ut ad alium iudicem quam cui commissus est, adversarium suum pertrahat audiendum, sicut ille, qui petitor est, indutias si petierit, accipere non debuit, ita illi, qui ad iudicium adducitur, dilatio debita non negetur, ut facilius aut per scripturam aut per testes probare valeat illum a quo pulsatus est falsa supplicatione meruisse, quod petiit.**

---

ADD. *ad brev. codex O plenam(cum interpr.), imperfectam habent ex decurtatis Parisinus 4408 (inscr., textum ad 1/2* extraordinariorum, *interpr.) et Parisinus 4409 (interpr. solam) et Bernensis (item). — Locum huius const. et sequentis, qui in libris est post 2, 6, 5, mutavi (vide praef.).* — IVST. 3, 11, 2.

1 ad ursum (uersum *4408*) uicarium] *4408 Iust.*, urso uicario *O* 2 deneganda *Iust.* 4/5 iudicium trabitur *Iust.* 5 aniano *O* 6 principis *O* surrepta] *O*, sperata *4408. 4409 Bern.* ad *om. Bern.* 7 cui *om.* $4408^a$ 8 debuit] *O*, debebit *4408*, debet *4409 Bern.* debita] *O. 4408*, petita *4409 Bern.* 9 scripturae *4408* 10 supplicationem *Bern.* meruisset *4408* petet *4408*

---

II, 7, 2 (327 Iul. 19).

| | IVST. |
|---|---|
| IDEM A. AD IVLIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Petendae in integrum | |
| restitutionis temporibus, ⌜ut iam constitutum est⌝, observatis si | ⌜ ⌝ *om.* |
| dilatio ab actore petatur, quae intra metas ⌜lege comprehensas⌝ | ⌜restitutionis⌝ |
| valeat artari, eandem quocumque flagitante causis cognitis tribui | |
| oportebit: sin vero eiusmodi postulentur curricula, quae intra | |
| spatium ⌜lege⌝ receptum angustari non queunt, quippe si in con- | ⌜ ⌝ *om.* |
| finio ⌜praedicti⌝ temporis petuntur et eius terminos prorogabunt, | ⌜legitimi⌝ |
| dilationem petitori denegari conveniet; in eius enim arbitrio fuerat | |
| tunc inferre litigium, cum petitae dilationis mora spatio super- | |
| 1 stite posset includi. Quod si defensio ⌜possidentium⌝ dilationis | ⌜rei⌝ |

---

1 ad iuliano *Vat. 4408* p̄ū] *Iust. (C)*, ppo *Vat.*, p̄f p̄ō *4408*, praepositum *O* 2 ut iam] eciam *Vat.* 4 ualeat] *O*, uale *Vat.*, ualet *Iust.* artare *Vat.* eandem] ea *Vat.*, eandem dari conueniet *O* quocumque] quoque *Vat.* flagitante] *Vat. Iust.*, enim litigante *O* tribui] *Vat. Iust., om. O* 5 sin uero] *Iust., om. O Vat.* postulentur] *O Vat.*, postulantur *Iust.* 6 angustare *Vat.* si] se *Vat.* 6/7 confinia.. *Vat.* 7 praedicti] *O*, predicte *Vat.* petuntur] *O*, petantur *Iust., inc. Vat.* et] *Iust., om. O Vat.* terminis prerogabunt *Vat.* 8 dilationem petitori] *Iust. Vat.*, petitori ergo dilationem *O* conueniat *Vat.* arbitrium *Vat.* 9 litigium] *Vat. Iust.*, litigia *O* spatium *Vat.* 10 possit *Vat.*

suffragia postulaverit, eandem adserta causa citra obstaculum temporis deferri sancimus, quia nequaquam in ipsius steterat potestate, quando litigio pulsaretur. Dari igitur debet, etsi impetrata dimensio sese ultra ⸢constitutionis regulam⸣ proferat. Qua dilatione, si a ⸢possessore⸣ impetretur, etiam ⸢petitor⸣ in requirendis probationibus uti minime prohibetur. DAT. XIIII KAL. AVG.; P(RO)P(OSITA) ROMAE CONSTANTIO ET MAXIMO CONSS.

| |
|---|
| ⸢temporis definitionem⸣ |
| ⸢reo⸣ ⸢actor⸣ |

INTERPRETATIO. Liquet quattuor mensibus constitutum, ut petentibus pro requirenda omni instructione indutiae concedantur. Unde si illud spatium requiratur, quod indultum est, id est, quod quattuor menses non possit excedere, praestari conveniet. Si vero tales petantur indutiae, quae tempus lege constitutum excedant, petitori debet dilatio denegari, qui scire debuit actionem suam constituto tempore finiendam. Quod si ille spatium, qui rem possidet, fortasse petierit, dari sine inpedimento temporis, quod petentibus datum est, omnino debebit: quia scire non potuit, quando ab adversario provocaretur ad causam, et quando possessor spatium, ut respondere possit, acceperit, etiam petitor suis partibus poterit necessaria providere.

---

ADD. *ad brev. ex integris unus codex O (cum interpr.), praeterea (item cum interpr.) folium singulare nescio ex quo libro residuum insertum codici Vaticano reg. 520 f. 100 (ubi secunda manus textum correxit ad cod. Iust.); imperfectam habent ex decurtatis Paris. 4408 (inscr., textus ad p. 85, 1* integrum, *subscr., interpret.), Parisinus 4409 (interpr. solam), Bernensis (item).* — IVST. 2, 52, 6.

1 suffragia] *O Vat.*, suffragium *Iust.* 2 deferri] *Iust.*, deferre *Vat.*, deri *O* 3 litigia *O Vat.* dare *Vat.* etsi] *Vat. Iust.*, etiamsi *O* 4 inpetrare *Vat.* sese] si se *Vat.* 5 qua dilatione si] *Iust.*, qua dilatione etsi *O*, cui dilationis *Vat.* 6 ut *Vat.* 6/7 dat. xiiii kal. aug. pp. romae ad *(om. 4408)* senatum constantino et maximo conss. *O 4408*, proposita id̄ ag̅s dat. xiii kl. au̅gs (*vel* ag̅s) rome ad senatum constantino et maximo cl̄ *Vat.* 8 liquet] *O*, licet *reliqui* constitutum] c. sit *Vat.* ut] si ut *4408*, sit ut *4409* 9 instructione (-nem *4408*)] *O Vat. 4408. 4409 Bern.*, restitutione *edd.* indutiae *om. 4408* 10 quod quattor menses] quattuor m. quod *Vat.*, qu. mens. *4408* excidere *Vat. 4408* praestare *Vat. 4408* conueniet] *O*, conuenit *Vat. 4408. 4409* talis *4408* 11 lege] longe *4409*[a] excedant] *Vat.*, excidant *4408* petitoribus *Vat. 4408* denegari] *O Vat. 4408*, negari *4409 Bern.* qui] *O Vat. 4408*, quia *4409 Bern.* 12 constitutum *Vat. 4408*, constitudo *Bern.* finiendum *Vat. 4408* rem possidet] respondit *Vat. 4408* 13 inpedimento] *O 4408*, mora *4409 Bern.* debebit] *O 4408*, debet *4409 Bern.* sciri *4409*[a] 14 ab aduersario prou. ad causam et quando *om. 4409 Bern.*, *ubi (signum remittendi in textu est post* quando*) in margine legitur:* differt autem quando petitor et possessor uterque habuerunt tempore permissa prouicaretur *4408* quando *O*, ideo *Vat.*, ideo quando *4408* 15 acceperit] *Vat. 4408*, accipiat *4409 Bern.*, spatium acceperit *(sic) O* etiam petitor] *O*, petitor etiam *Vat. 4408. 4409 Bern.* poterit necessaria] *O*, nec. pot. *Vat. 4408. 4409 Bern.*

---

II, 7, 3 [= BREV. II, 7, 1; II, 7, 4 Haen.] (399 Nov. 20).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: ⸢De⸣ statu ac patrimonio litigantibus in transmarina etiam dilatione mensuum novem spatia ⸢creditur posse sufficere⸣. ET CETERA. DAT. XII KAL. DECEMB. THEOD(ORO) V̄. C̄. CONS.

| IVST. |
|---|
| ⸢Nec de⸣ |
| ⸢egredi concedatur⸣ |

INTERPRETATIO. Quotiens de statu ingenuitatis vel de patrimoniis causa vertitur, si necessaria negotii in transmarinis partibus litigatores habere se dixerint, novem mensuum spatium indubitanter accipiant.

---

BREV. *(NBGO[om. int.]PMLS).* — IVST. 3, 11, 7.

1 hon. et arc. *PMS* 1/2 ppu̅ *G*[b] 2 de statu ac (atque *L*)] *NPMLS Iust.*, de statu ingenuitatis ac *BO*, ingenuitatis de statu atque *G* a litigantibus *G*, litigantum *B* 3 dilationem *L*, dilationis *PM* mensuum] *NB*[a]*GPMLS Iust.*, mensium *O* noue *N* spatium *Haenel* creditae *PMS*, creduntur *O* 3/4 subferre *N* 4 dat. xii (ui *Iust. [Hal.]*) k. dec. theod. (theu̅d *PM*) uc (uucc *N*) *libri* 5 si *om. S* 6 negocia *GL* lit.] uel lit. *S* mensium *B*[b]*GL*

# VIII. DE FERIIS.

*Numerum tituli (non titulum) habet T. — Iust.* 3, 12.

II, 8, 1 [= BREV. II, 8, 1] (321 Iul. 3).

IMP. CONSTANT(INVS) A. HELPIDIO. Sicut indignissimum videbatur diem solis veneratione sui celebrem altercantibus iurgiis et noxiis partium contentionibus occupari, ita gratum ac iucundum est eo die quae sunt maxime votiva conpleri. ⌜Atque ideo ‖ emancipandi et manumittendi die festo⌝ cuncti licentiam habeant et super his rebus acta non prohibeantur. P(RO)P(OSITA) V NON. IVL. CARALIS CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS.

| IVST. |
| --- |
| ‖ ⌜In his tamen emancipandi et manumittendi⌝ |

INTERPRETATIO. Quamvis sancto die dominico omnes lites ac repetitiones quiescere iusserimus, emancipare tamen ac manumittere minime prohibemus et de his rebus gesta confici pari ordinatione permittimus.

BREV. *(NBGO[om. int.]E[incipit 4* et manumittendi*]PMLS).* — IVST. 3, 12, 7.

1 constantius *L* helpidio] *G*, hilpidio *BL*, helidio *N*, helidio preposito *O*, elpidio *PM*: *fortasse* agenti uicem praefectorum sicuti $N^b$, secuti $N^a$ uidebantur *N*, uidebatur ut $G^b$ solis] s. quem dominicum dicimus *O* ueneratione] *OS*, uenerationem *BPML*, uenerationi *N*, uenerationis *G* 2 sui] suae *NG*, *om.* $B^a$ celebrent $G^bL$ iurgii *L* et] in *G* 3 eo] et *L* 3/4 conpleri] impleri *B* 4 emancipiandi $G^a$, mancipandi *S* et] hac *L* 4/5 die f. cuncti] c. d. f. *O* 5 licencia *L* et] ut *L*, *om. G* is *PM* rebus *om. Iust.* actui *G* 6 proibeatur *GE*, prohibentur $S^a$ p̄p̄ (p̄p̄ō *NG*, puplio *S*, data *B*) u (*om. S*) non. iul. (iun. *BG*) caralis crispo (crispio *G*) ii et (*om. G*) const. ii c̄c̄ (*om. NGO*) *libri* 7 sancta d. dominica *edd.* 7/8 iussimus *PM* 8 emancipari *E*, mancipare *S* minime] neminem *PM* de *om.* $P^a$

II, 8, 18 (386 Nov. 3).

(IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD PRINCIPIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Solis die, quem dominicum rite dixere maiores, omnium omnino litium, nego)tiorum, conventionum quiescat intentio; debitum publicum privatumque nullus efflagitet; (nec apud ipsos quidem arbitros) vel iudiciis flagitatos vel sponte delectos ulla sit agnitio iurgiorum. (Et) non modo notabilis, verum etiam sacrilegus iudicetur, qui a sanctae religionis instinctu rituve deflexerit. P(RO)P(OSITA) III NON. NOV. AQVIL(EIAE), ACC(EPTA) VIII K. DEC. ROM(AE) HON(ORIO) N̄. P̄. ET EVODIO CONSS.

*T (incipit 4* uel indiciis*; quae deficiunt, dantur intra uncos).* — TRIGEMINAE: 8, 8, 3. 11, 7, 13 *(vide ad 8, 8, 3).*

1 *de numero constitutionis hic et deinceps constat per T, in quo superest ad c. 26*

II, 8, 19 [= BREV. II, 8, 2] (389 Aug. 7).

(I)MPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. ALBINO P(RAEFECTO) V(RBI). Omnes dies iubemus esse (i)uridicos. Illos tantum manere feriarum dies fas erit, quos geminis mensibus ad requiem laboris indulgentior annus accepit, aestivis fervoribus miti-
1 gandis et autumnis fetibus decerpendis. Kalendarum quoque Ianuariarum consuetos dies
2 otio mancipamus. His adicimus natalicios dies urbium maximarum Romae atque Con-
3 stantinopolis, quibus debent iura differri, quia et ab (i)psis nata sunt. Sacros quoque

1 imppp. (intp̄. [?] $L^a$) ual. (et *ins. NG*) theod. et arc. aaa.] idem augusti *O* albino] eidem *O* p̄u] *TPM Iust.*, publō *S*, p̄p̄ō *NGE*, p̄ō *B*, p̄fō *L*, preposito *O* 2 iuredicos *E*, heredicus *L* mane *S* fas erit (eriti *N*)] iusserit fas erit *L*, uel fas iusserit *(sic) G* 3 gemines *L* labores *N* indulgentius $G^b$, *inc.* $G^a$ annos $S^a$, annis *L*, animus (uel *ins.* $G^b$) annus *G* aestiuus *E*, stiuus *L* 3/4 uitigandis *N* 4 autumnis] ut omnis *T*, autumnos *L Iust.*, autunnus *E*, autumni *G* fitebus *L*, foedibus *N* ianuarium *S* consuetudos $T^a$, consuetus *NLS* 5 otium *N*, octo *G* mancimus *G*, manciparunt *E* adicemus *L*, adiecemus *N* natalicius $N^aG^a$, nataliciis *L* 5/6 constantinopoli *NBLS*, constantinopolim *GE* 6 differri] *Iust. (plerique)* differre *NES*, deferri *BGIust.(AC)*, deferre *TOPML* quia] qui *S* ipsis] his quoque *BG* sacr. $M^a$, sacrus *L*

paschae dies, qui septeno vel praecedunt numero vel sequuntur, ⌈in eadem observatione numeramus, ⌞nec non⌟ et dies solis, ⌈ qui repetito in se calculo revolvun-
4 tur. Parem necesse est habere reverentiam ⌈ nostris etiam diebus, qui vel lucis auspicia vel ortus imperii (p)rotulerunt. ⌈ DAT. VII ID. AVG. ROM(AE) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

IVST.

⌈ *inseritur 15, 5, 5*

⌞nec non⌟ *om.*

⌈quos dominicos rite dixere maiores *cf.* 8, 8, 3

⌈ut ne apud ipsos arbitros vel a iudicibus flagitatos vel sponte delectos ulla sit agnitio iurgiorum,

⌈In quindecim autem paschalibus diebus compulsio et annonariae functionis et omnium publicorum privatorumque debitorum differatur exactio.

INTERPRETATIO. Causas per anni spatium omnibus diebus secundum leges audiri praecipimus. Et licet lex quattuor menses ad fructus colligendos indulserit, sed ita pro provinciarum qualitate et pro praesentia dominorum credidimus faciendum, ut a die VIII kal. Iul. usque in kal. Aug. messivae feriae concedantur, et de kal. Aug. usque in X kal. Septemb. agendarum causarum licentia tribuatur. A X autem kal. Septemb. usque in idus Octobr. vindemiales feriae concedantur. Dies etiam dominicarum, qui feriati sunt, ab audiendis negotiis vel exigendis debitis sequestramus. Sanctos etiam paschae dies, id est septem qui antecedunt, et septem qui sequuntur. Nec non et dies natalis domini nostri vel epiphaniae sine forensi strepitu volumus celebrari. Natalem etiam principis vel initium regni pari reverentia convenit observari.

*T (quae deficiunt, uncis comprehenduntur)* BREV. *(NBGO[inscr., interpr., subscr. solas om. textu]EPMLS).* — IVST. 3, 12, 6. — BVRG. R. 11, 5 *sic:* Messivis vero feriis et vindemialibus, paschalibus etiam XV diebus et natalis domini septem (*al.* octo), dominicis etiam diebus, ceteris epifaniae et quinquagesimis nulla prorsus sunt litigia commovenda; quod si factum fuerit, erit severissime a iudicibus vindicandum. — LEX VISIGOTH. *(Chindasuindi)* 2, 1, 10.

1 dies paschae *B* septeno] *TBGEP$^v$ Iust.*, septimo *NP$^t$MLS* 2/3 obseruationem *T$^a$N* 3 die *NL* 4 repetitio *T*, reptito *E*, repetiti *N*, recepto *L* caliculo *E* 4/5 reuoluntur *M$^a$*, reuoluetur *L*, reuoluente ut *E* 5 est *om. E* haberi *TPMS* 6 nostris (-tras *L*) etiam *om. PM$^1$* 6/7 uel lucis] ueloces uel *E* 7 imperio *L* 7/8 protulerint *L* 8/9 dat. uii (ui *N*) id. aug. *(i ins. N)* romae (roma et *BG*) timasio (tymatio *E*, crinatio *G*) et promoto (promalto *G*) *reliqui*, data hisdem consulibus quibus superius *O* 10/11 sec. leges (legis *E*) audiri (-re *NBL*) praecipimus (praecepimus *N*, petimus *G$^t$*)] a. pr. s. l. *O* 11 fructos *ES* sed] tamen *O* pro *om. GS$^1$* 12 qualitatem *PM*, optalitate *N* pro *om. BG* praesentiam *N*, praesenti *M* dominorum *om. N* credimus *L* 13 messiuae *om. M$^a$* et *om. B* in x] in decimu *PM*, in diecimo *N*, in xi *B*, xi in *G* 14 licentiam *EL* decimu *PM* idus] diem *PM*, diem id *E*, diem idum *S* octobreum *PM* uindemialis *N*, uindimialis *E* feriae] fuerint *L* 15 etiam] autem *G* 15/16 qui f. s. ab (ad *EL*) a. n. u. e. debitis *om. G$^a$* 16 sanctus *N* accedunt *PMS* et] uel *BG* 17 sequuntur] subsequuntur *B*, consecuntur *NO* et *om. S* nostri *(om. E)* uel] uel et *O* strepitum *N* 18 caelebrare *N* natelem *M*, natalis *N* principes *N* uel *om. E* initium] *NBGOEP$^v$S*, aeditium *P$^t$M*

II, 8, 20 (392 Apr. 17).

[*IDEM A*]AA. PROCVLO P(RAEFECTO) V(RBI). Festis solis diebus circensium sunt inhibenda certamina, [*q*]uo Christianae legis veneranda mysteria nullus spectaculorum con[c]ursus avertat, praeter clementiae nostrae natalicios dies. DAT. XV K. [M]AI. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

*T*

2 uenerandam *T$^a$*

II, 8, 21 (392 Mai. 27).

[*IDEM AAA. T*]ATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Actus omnes seu publici seu privati diebus quindecim pas(c)halibus ⌞sequestrentur⌟. DAT. VI K. IVN. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVF(INO) CONSS.

IVST.

⌞conquiescant⌟

*T.* — IVST. 3, 12, 7.

2 p*r*iuati *T$^1$*, p*r*iuatis *T$^2$* 3 iun.] *T*, ian. *Iust. (APL Hal.)*

I, 8, 22 (395 Iul. 3).

[*IM*]PP. ARCAD(IVS) ET HON(ORIVS) AA. HERACLIANO CORR(ECTORI) PAFLAGONIAE. Sollemnes pagano[*r*]um superstitionis dies inter feriatos non haberi olim lege reminis[c]imur imperasse. DAT. V NON. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

*T*

1 paslagonicae *T* 2 feriarum *T*[a]

---

I, 8, 23 (399 Aug. 27).

[*IDEM*] AA. AD AVRELIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Die dominico, cui nomen ex ipsa reverentia inditum est, nec ludi theatrales nec equorum certamina nec quicquam, quod ad molliendos animos repertum est, spectaculorum in civitate aliqua celebretur. Natalis vero imperatorum, etiamsi die dominico inciderit, celebretur. DAT. VI K. SEPT. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(ORO) V. C. CONS.

*T*

1 ad aureliano *T* 5 conss. *T*

---

II, 8, 24 (400 [405] Febr. 4).

[*IDEM*] AA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Religionis intuitu cavemus atque decernimus, ut [*s*]eptem diebus quadragesimae, septem paschalibus, quorum observationibus et ieiuniis peccata purgantur, natalis etiam die et epifa[*n*]iae spectacula non edantur. DAT. PRID. NON. FEB. RAV(ENNA) STILICHONE [*E*]T AVRELIANO CONSS.

*T*

4 *Leges numero sex consules habentes a. 400 datae Ravennae directae aut ad Hadrianum ppo (2, 8, 24 — 11, 20, 3 — 16, 2, 35 — 16, 5, 37) aut ad Romulum item ppo (9, 38, 10) aut ad Salvinum comitem rerum privatarum (11, 1, 27) omnes videntur datae esse a. 405; nam constat Honorium a Mediolano Ravennam a. demum 403 se contulisse et facile confunduntur consulatus Stilichonis duo solis numeris discreti, scilicet consulibus secundis Aureliano vel Anthemio a librariis post tempus temere adiectis. Accedit, quod unius earum 16, 2, 35 habemus inter Sirmondianas exemplum cum subscriptione non interpolata* Stilichone II cons.

---

II, 8, 25 (409 Apr. 1)

[*IM*]PP. HON(ORIVS) ET THEOD(OSIVS) AA. IOVIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Dominica die, quam vulgo [*s*]olis appellant, nullas edi penitus patimur voluptates, etsi fortuito [*i*]n ea aut imperii nostri ortus redeuntibus in semet anni metis obful[*s*]erit aut natali debita sollemnia deferantur. DAT. KAL. APRIL. RAV(ENNA) (H)ONORIO VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

*T*

---

I, 8, 26 [= BREV. II, 8, 3] (409 [412] Iul. 26).

IDEM AA. IOHANNI P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Die sabbata ac reliquis sub tempore, quo Iudaei cultus sui reverentiam servant, neminem aut facere a(li)quid aut ulla ex parte conveniri debere praecipimus ⌈, cum fiscalibus conmodis et litigiis privatorum constat reliquos dies posse sufficere. ET CETERA. DAT. VII K. AVG. RAV(ENNA) DD. NN. HON(ORIO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

IVST.
⌈ ita tamen, ut nec illis detur licentia eodem die Christianos orthodoxos convenire, ne Christiani forte ex interpellatione Iudaeorum ab officialibus praefatis diebus aliquam sustineant molestiam.

1 idem] *T*, impp. hon. et th. (th. et hon. *N*) *Brev.* ppo] publio *S* sabbata] *EPM et sic in l. gemina RT*, sabbati *NBGLS cum int.*, sabbato *T (hic) Iust.* ac *om. E* reliquam *PM* 3 neminem] minime *E* nulla *BG* 4 conuenire *GL* praecepimus *N* 5 constat] contra *E* 6/8 dat. uii k. aug. rau. (*om. S*) ddnu (ddnon *N*, ddn *E*, domino nn *B*, domino nostro *G*) hon. uiii (uii *G*, uiiii *Iust. [Hal.]*) et th. iii (iiii *GE*, u *Iust. [Hal.]*) aa. (*ante* iiii *G*, ā *E*) *libri. Sed consules cum magistratu parum conveniunt videturque subscriptio emendanda esse ad 16, 8, 20*

INTERPRETATIO. **Die sabbati nullum Iudaeorum aut pro fiscali utilitate aut pro quolibet negotio volumus conveniri, quia religionis eorum dies non debet actione aliqua perturbari.**

*T (uncis comprehensa deficiunt)* BREV. *(NBG[O om.] EPMLS).* — GEMINA 8, 8, 8. — IVST. 1, 9, 13.

1 nullus *L*, nulli *G* aut pro f. ut] ut pro f. ut *S* 2 conuenire *NB* religionis] et r. *E* debent *BG*, debet et *E* praeturbari *N*

# VIIII. DE PACTIS ET TRANSACTIONIBVS.

*T* BREV. BVRG. R. 38, 1. — IVST. 2, 3 de pactis, 2, 4 de transactionibus. — uiiii *incertum in T.* — d(?)e(?) pa(?)ctis *T* — et trasactionib(?)us *T*, et translatis actionibus *L*

II, 9, 1 (319 [352] Mai. 12).

IMP. CONSTANTINVS A. AD RVFINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. POST ALIA: Litigia sententiis vel tra[*ns*]actionibus terminata non sinimus restaurari. DAT. IIII ID. MAI. IPSO A. V ET L[IC(INIO) C. CONSS.].

*T.* — BVRG. R. 33, 5.

*Leges sex datae ad Rufinum ppo secundum libros a Constantino subscriptae sic:*

| | | | |
|---|---|---|---|
| 7, 21, 1: | pp. IIII id. Aug. | Sirmio | Constantino A. III et Licinio III |
| 6, 35, 3: | dat. V k. Mai. | Sirmio | Constantino A. V et Licinio C. |
| 2, 9, 1: | dat. IIII id. Mai. | | ipso A. V et L[icinio C.] |
| 3, 5, 1: | dat. IIII id. Mai. | Sirmio | Constantino A. V et Licinio C. |
| 5, 2, 1: | dat. k. Dec. | Sirmio | Constantino A. V et Licinio C. |
| 13, 3, 2: | dat. XII k. Iun. | | Constantino A. VII et Constantio C. |

*omnes sunt Constantii; nam quarta diserte laudat constitutionem* patris nostri, *eam ipsam quam Constantius 8, 12, 6 parenti suo tribuit, neque umquam sic locutus est Constantinus. Confirmant rem cum nomen praefecti tum locus. In subscriptionibus priore loco pro* Constantino *ubivis scribendum est* Constantio, *praeterea ex numeris ut* III *reiciendus est, ita* V (a. 352) *et* VII (354) *veri videntur esse. Caesaris nomen in sexta verum est numero* III *omisso, in reliquis omissum olim postea male expletum est nomine Licinii.*

II, 9, 2 (381 Iun. 3).

IMPPP. GRAT(IANVS), VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. EVTROPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ubi pactum ⌜conscriptum⌝ est atque Aquilianae stipulationis vinculis firmitas iuris innexa, au(t) ⌜gestis⌝ secundum legem adcommodandus est consensus aut poena (una) cum his, quae data probabuntur, ante cognitionem causae ⌈ inferend(a est). DAT. III NON. IVN. CONST(ANTINO)P(OLI) EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

| IVST. |
|---|
| ⌜vel transactio scripta |
| ⌜subsecutis⌝ |
| ⌈ si et adversarius hoc maluerit |

*T (quae deficiunt, supplentur ex Iust.).* — IVST. 2, 4, 40.

3 stipulationis] *T et Iust. (Graec. Bas.)*, stipulationis et acceptilationis *Iust. (Lat.)* innexa] innexa est *Iust.* 4 leges *Iust.* 5 cum his quae data] q. d. c. h. *T* probantur *Iust.*

II, 9, 3 [= BREV. II, 9, 1] (395 Oct. 11).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HON(ORIVS) AA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis maior annis adversum pacta vel transactiones nullo cogentis imperio, sed libero arbitrio et vo-l(un)tate confecta putaverit esse veniendum vel interpellando iudice(m) vel supplicando principibus vel non inplendo promissa ea, quae in(vo)cato dei omnipotentis nomine eo

1 hon. et arc. *BG* ppo] publio *S* qui *PMS*, quae *E* 2 aduersum] *TGEPML Cons.*, aduersus *NB Iust.* pactum *N*, post acta *S* transactionis *S*, transactionibus *E* cogentes *NL*, cogente $P^1$ ('al' cogentis' *marg.*) *M* sed *om. Iust.* 3 confesta *L*, confecto *N*, confectas *Iust. (Lat.)* putauerat *N* uel] et *E* interpellandum *NG* iudice *ES* supplicandum *NS*, supplecandum *L* 4 ea (et *G*, *om. S*) quae] ea (*vel* eas) autem *Iust.* dei omn. nomine] n. d. o. *G* eo] et *S*, quo $L^b$, *inc.* $L^a$

**auctore solidaverit, non sol(um) inuratur infamia, verum etiam actione privatus restituta poena, (quae) pactis probatur inser(t)a, earum rerum et proprietate careat et (emo)lumento, quod ex pacto vel transactione illa fuerit consecutus. (Quae) omnia eorum mox**
**1 conmodo deputabuntur, qui intemerata pact(i) iura servaverint. Eos etiam huius litis vel iactura dignos iubemus esse vel munere, qui nomina nostra placitis inserentes salutem p(rin)cipum confirmationem initarum esse iuraverint pactionum.** DAT. V ID. OCT. CONST(ANTINO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

**INTERPRETATIO. Si quis post vicesimum et quintum aetatis suae annum adversus pactionem vel definitionem suam, quam nulla potestate constrictus emisit, sed voluntate propria fecisse dinoscitur, aut interpellare iudices aut potestatum animos contra hoc quod fecit precibus adire praesumpserit aut inplere neglexerit ea, quae sub sacramenti interpositione definitionis suae scriptura testatur, non solum ex hoc facto pronuntietur infamis, sed nec causam ipsam agere permittatur et poenam, quam in pacto constituit, cogatur exsolvere et quidquid partibus suis per eandem scripturam fuerat deputatum, illis continuo conferatur, qui emissae pactionis definitionem sine aliqua contrarietate servaverint. Illos quoque praecipimus similis poenae condicione constringi, qui dominorum nomina coniurant, placitis inserentes, definita inplere neglexerint: quod illis pro munere conservatae pactionis adcrescat, qui sacramenta et definita servaverint.**

---

*T (quae deficiunt, uncis comprehenduntur)* BREV. *(NBGO [om. textu] EPMLS; CONS.* 1, 12 *et* 7, 7 *epit.).* — IVST. 2, 4, 41. — BVRG. R. 38, 1.

1 actore *PM*, auctore se *E* inuratur] *TPML Iust. (Graec.)*, minoratur *NBGES* infamiae *BG* etiam] esse $T^a$ priuata *N* restituat *S* 2 probantur $G^a$ earum rerum et] et rerum *Iust.* proprietatem *B* 2/3 emolumentum *BGS* 3 quae] itaque *Iust.* mox eorum *PMS* 4 quomodo *NGES* intemerata] *TOL Iust.*, intemerati *NBEPMS*, in temeritate *G* huius] eius *L* 5 lites *N*, legis *Iust.* dignus $EM^aL$ munire *L* numina *PM* inserentis *T*, incerentes $M^a$, inserta *B* 6 salutarium *B* confirmatione *NB* minitarum $L^b$, minatarum $L^a$, ministrarum *NS*, iniciorum *G* iurauerint] iure *PM* pactionem *E* 6/7 dat. u id. (kl. *N*) oct. const. olybrio (olebrio *N*, olimbrio *S*) et probino (paulino *BPMS*, priminio *G*, firmino *E*) *libri (deficit O)* 8 quis] quae *E* post xxu aet. suae annos (ann. aet. suae *L*) *libri quidam* 9 definitionem] transactionem *E* sed] se *PM* 10 animus $N^a$ precibus *om. O* 11 audire $NE^2$ sacramento *N* 12 pronuntiatur *N*, praenuntietur *EL* 13 permittetur *N* pactum *N* constituunt *E* paribus $B^a$ 14 per] in *PMS* eadem *MS* scriptura *S* fuerit *L edd.* emissa *GL*, omissae *O* 15 definitione *NGL* contrarietatis *L*, contradictione *NO* seruauerit *PM* praecepimus $N^aES^a$ similes *N*, simili *LOS* 15/16 poenae cond.] poena *O* 16 coniurant] cum iurant *OS*, *om. PM* placitis . . . 16/17 neglexerint *om. L* placidis $M^1$ definita] et d. *BG* 17 quo *B* paucionis *G* et *om. GO* 18 seruauerit *PM*, seruarent $S^a$

# X. DE POSTVLANDO.

*T (numerum habens).* — *Iust.* 2, 6.

I, 10, 1 (319 Nov. 1).

IMP. CONSTANTINVS A. ANTIOCHO P(RAE)F(ECTO) VIGILVM. Iussione subversa, qua certu[s] advocatorum numerus singulis tribunalibus praefinitus est, omne[s] licentiam habeant, ut quisque ad huius industriae laudem in quo vol[u]erit auditorio pro ingenii sui virtute nitatur. DAT. K. NOV. SERDICAE CONST(ANTINO) A. V ET LICINIO C. CONSS.

---

*T*

1 quae $T^a$

---

I, 10, 2 (319 Nov. 1).

IDEM A. AD ANTIOCHVM P(RAE)F(ECTVM) VIGILVM. Destituuntur negotia et temporibus sui[s] excidunt, dum advocati per multa officia et diversa secretaria rap[i]untur; ideoque censuimus, ne hi, qui semel protestati fuerint, quod ap[ud] te causas acturi sunt, apud

---

3 hii *T* potestati $T^a$

alium iudicem agendi habeant potest[*a*]tem. P(ROPOSITA) K. NOV. SERDICAE CONST(ANTINO) A. V. ET LICINIO C̄. CONSS.

*T*

---

II, 10, 3 (325 Mart. 30).

IDEM A. HELLADIO. Saepius claruit quosdam ex advocatis existimationi su[*ae*] inmensa atque inlicita conpendia praetulisse nomine honorarior[*um*].

IVST.
Si qui advocatorum existimationi suae immensa atque inlicita compendia praetulisse sub nomine honorariorum ex ipsis negotiis quae tuenda susceperint emolumentum sibi certae partis cum gravi damno litigatoris et depraedatione poscentes fuerint inventi, placuit, ut omnes, qui in huiusmodi scaevitate permanserint, ab hac professione penitus arceantur. DATA III K. APR. PAVLINO ET IVLIANO CONSS.

*T* (*finit in* 5 honorarior[um]. — IVST. 2, 6, 5.

1 Helladio] *mag. incertus* *Subscriptionem servavit Haloander (cf. 11, 39, 1)*

---

II, 10, 4 [= BREV. II, 10, 1] (326 [?] Mart. 8).

IMP. CONSTANT(INVS) A. AD BASSVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Advocatos, qui consceleratis depectionibus suae opis egentes spoliant atque nudant, non iure causae, sed fundorum, pecorum et mancipiorum qualitate rationeque tractata, dum eorum praecipua poscunt coacta sibi pactione transcribi, ab honestorum coetu iudiciorumque conspectu segregari praecipimus. DATA VIII ID. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) CONSTANT(INO) A. VII ET CONSTANTIO C. CONSS.

INTERPRETATIO. Advocati, id est causas agentes, qui per iniquam cupiditatem susceptos, quorum causas acturi sunt, prius cogunt de rebus suis taliter scriptura intercedente pacisci, ut omnia, quae meliora sunt in agris aut in mancipiis aut in pecoribus, ad eos sub promissa defensione perveniant. Et ideo qui tam scelerati in eos, quibus patrocinium promittunt, fuerint deprehensi, et a conventu honestorum virorum et a iudiciorum communione praecipimus segregari.

BREV. (*NBGO[om. int.]EPMLS*)

1 p̄ū *PM*, publio *S*, p̄p̄ū *G*, p̄p̄ō *N*, p̄ō *B*, p̄p̄m̄ *LE*, preposito *O* aduocatus *NBGLS* cum sceleratis $N^b$*BGO*, cumque sceleratis *LS* 2 depactionibus *NBGEL* opis egentes] *G*$S^b$, opes (pe• $L^a$) egentes $N^b$*BEP*$L^a S^a$, opis agentes *O*, opes agentes $N^a L^b$, opere gentes *M* expoliant *EL*, expoliat *G*, spoliant eos *O* nudant] denudat *BG* iura] iuratae *G* fedorum *L* 3 et] e *L* manciporum $L^a$ qualitatem *L* rationemque *L* tracta dum $L^a$, tractandum $L^b$, tractato *E* 3/4 quoacta *E*, in quo acta *BG* 4 transcribere] transcripsit *G*, adscribere *B* ab] $B^b$*OPLS*, ad *N*$B^a$*EM*, ex *G* iudiciorumque] iudiciorum *PML*[1] conspectis *G* 5 praecepimus $N^a$ 5/6 dat. (*sic NBGOES*[2], p̄p̄ *reliqui*) uiii (ui *G*, prid. *B*, *om. O*) id. mart. const. constantino (constantio *E*) ā (*hic finit subscr. E*) uii (*sic NBGO*, iii *PMS*, uiii *edd. contra libros*) et constantio c. (*om. NBGOS*) *libri. Subscriptio tota corrupta; Bassus urbi praefuit per a. 317—319* 7/8 susceptos quorum] susceptorum *G* 8 causam *G* pacisci] plantis et *N* 9 in manc.] manc. *G* 9/10 defensione] definitione*BGEL* 10 perueniat $G^a$ qui] quia *PML* 11 conuentum *L*, conuento *E* a iud.] iud. *GPMS* iudicum *S* praecepimus $N^a$*E*

---

II, 10, 5 [= BREV. II, 10, 2] (368? 370? Aug. 21).

IMPP. VALENTIN(IANVS) ET VALENS AA. OLYBRIO P(RAEFECTO) V(RBI). Quisquis vult esse causidicus, ipsam solam sumat in causas agendo personam

IVST.
Quisquis vult esse causidicus, non idem in eodem negotio sit advocatus et iudex,

1 āā *om. N* olebrio *N* 2 p̄ū] *PM Iust.* (*PR*), publio *S*, p̄fū *L*, p̄p̄ō *NG*, p̄ō *B*, preposito *OE* 2 quisquis] si quis *E*, si qui *G* essi $L^a$ causaedicus *E* 3 causas agendo (egendo *N*, agendi *G*) *libri*, causis agendis *edd.*

nec idem in eodem negotio defensor sit et quaesitor, quoniam aliquem inter arbitros et patronos oportet esse delectum. ACC. XII KAL. SEPTEMBR. IPSIS AA. CONSS.

| IVST. |
|---|
| quoniam aliquem inter arbitros et patronos oportet esse delectum. |

INTERPRETATIO. Quicumque causas suscipere vel agere voluerit alienas, hoc sibi noverit vindicandum, ne velit in eo negotio, quod susceperit, et iudicis et adsertoris habere personam.

BREV. *(NBGO[om. int.]EPMLS)*. — IVST. 2, 6, 6.

1 nec ..... 1/2 quaesitor *om. O* et] e *L*ª 1/2 quaestor *NS* 2 aliquid *NS*, aliquod *O* inter] per *B* 3 dilectum *BEP(?)ML*, delictum *S* 3/4 acc. (data *B*, data acc. *E*ᵗ¹ *[?]*, *om. E*ᵗ², lectum uel acceptum *E*ᵛ) xii k. sept. ipsis (ipsi *E*, ipso *N*) aa. (aug. *N*, aug. ii *Iust. [PL]*) *libri (subscr. om. P*ª*M)* 5 causam *PMLS* susceperit *N*, susciperet *E* uoluerint *L* alienam *PMS* sibi] solum sibi *L*, sibi solum *E* 6 in eo (in eo *om. E*) negotio (negotium *E*, *om. G*ᵇ) ..... personam *om. G*ª iudices et adsertores *N*

I, 10, 6 [= BREV. II, 10, 3] (422 Mart. 23).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. EVSTATHIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. ⌐De re necessaria ad locum. ‖ Altero beneficio non solum per forum tuae magnitudinis, sed in universis iudiciis valituro, ut filiifamilias⌐, quidquid ex huiuscemodi professione vel ipsius occasione quaesierunt vel conquisierint, id post patris obitum praecipuum veluti peculium castrense ⌈ proprio dominio valeant vindicare ‖ sub tali forma, quam militantibus ex iure procinctus cinguli praerogativa detulit. DAT. X KAL. APR. CONSTANT(INO)P(OLI) DD. NN. HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS.

| IVST. |
|---|
| ⌐Fori tui culminis et universorum iudiciorum advocati⌐ |
| ⌈ ad exemplum militum ‖ *fin.* |

INTERPRETATIO. Quidquid vivo patre filius advocatus de causarum susceptione adquisierit, sibi noverit vindicandum, sicut castrense peculium, quod in armis constituti filii probantur adquirere vel illi, qui iudiciariam vivis parentibus meruerint potestatem.

BREV. *(NBGOEPMLS)*. — IVST. 2, 7, 4.

1 eustatio *N Iust. (Summa Par.)*, eustasio *rel.*, eutasio *GS* 2 de r. n. et *(om. GE)* ad (a *M*ª) locum (loco *N*) *om. O. Formula haec, quae alibi quoque invenitur (Consult. 6, 15—19. 9, 3. 7. 13. 18) vel solummodo* ad locum *(Consult. 7ª, 3. 8, 7) quid significet quaeritur; fortasse (certe sic usurpatur altera Consult. 8, 7) id ipsum quod passim invenitur* post alia. *Alibi quod sciam non reperitur in Theodosiano neque integro neque decurtato.* alterum *BL*, alterius *G*, aeterno *O* beneficium *B* 3 per *om. N* magn. tuae *O* sed] sed et *B* in *om. E* 3/4 ualituro (-rum *BS*)] u. decernimus *O* 4 ut] *GO*, ut si *NEPML*, quod si *B* filii (filius *G*ª, filiis *E*) familias] filii filias *NPMLS* ex] ad *E*, *om. B* huiusmodi *G* 5 quaesierunt] quaesierint *G*, quaesitura *PMS* conquisierint] *O*, conquaesierint *G*, cumquaesierint *N*, conquisierunt *PMS*, conquaesierunt *EL*, de qua quaesierint *B*, quaesierint *Iust. (M)* id] id est *E* 5/6 praecipuum] praecipimus *B*, praecipue *O*, peculium *PM* 6 canstrensre *G* proprium *E* domino *NB*ª 7 talae *L* quam] *NGOM*, qua *BEPLS* procinctus] *NOPMLS*, precinctus (-cinctos *BG*ᵇ, -cunctos *G*ª) *BGE* singuli *G*ª, singulis *G*ᵇ, singulus *E* 8 praerogatiuam *G*, prorogatiua *PMLS* detulerit *E*, intuli *G* 8/9 dat. x k. apr. const. dd. nn. (domno nostro *BG*) hon. xiii et th. x *(om. NGEM)* aa. (aaa *E*) *libri* 10 quidquid] quicumque *G* de] ad *N* cause *G* 11 constitutis *L* 12 iudiciaria *ES* meruerunt *NGE post* potestatem *add. (manu eadem, charactere diverso)* requiren *(sic)* de nouellis similiam *(sic) L*

## XI. DE ERRORIBVS ADVOCATORVM.

aduocatum *L.* — *Iust.* 2, 9: de errore advocatorum vel libellos seu preces concipientium.

I, 11, 1 [= BREV. II, 11, 1] (320 Iul. 28).

IMP. CONSTANT(INVS) A. FVRIO FELICI. Advocatorum errores in conpetenti iudicio litigatoribus non praeiudicant. DAT. V KAL. AVG. CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTINO C. CONSS.

1 ā *om. NO* forio *S* felici] uicario *O*: *fortasse praeses Corsicae* erroris *N* in] *NBGOS*, sine *EPML* competendi *E* 2 dat. u k. aug. constantino (constapl *G*) ā ui (uii *B*, *om. G*) et constantino (constantio *BEPM*ᵇ*LS*, constatio *M*ª) c̄ (uiii *E*, uii *L*, *om. PMS*) *libri*

INTERPRETATIO. Advocatus, si in suscepti causa aliquid in praeiudicium per errorem dixerit, praeiudicare ei, a quo adhibitus est, nullatenus debet, si continuo de ipso errore fuerit reclamatum.

BREV. (*NBGOEPMLS*).

1 suscepta causas alia quid *G* praeiudicio *NBG* 1/2 duxerit *G*ᵃ 2 praeiudicare] praeiudicium *E* ei] et *N* si *om. S*ᵃ 2/3 reclamatum] *BGOL*, declamatum *PMS*, declaratum *E*, proclamatum *N*

## XII. DE COGNITORIBVS ET PROCVRATORIBVS.

BVRG. 35, 4. — cognitionibus *G*. — *Iust.* 2, 12: de procuratoribus.

II, 12, 1 [= BREV. II, 12, 1] (363 Febr. 4).

IMP. IVLIANVS A. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nulla dubitatio est post causam in iudicio ˹publicatam˺ utpote dominum litis procuratorem effectum etiam post excessum eius, qui ˹defensionem˺ mandaverat, posse incoatam ˹litem˺ iurgiumque finire, quippe cum et procuratorem posse eum instituere ˹et ad heredes suos incoata transmittere˺ veteris iuris voluerint conditores. LECTA APVD ACTA PRID. NON. FEBR. IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

| IVST. |
|---|
| ˹agitatam˺ |
| ˹agendam uel defendendam litem˺ |
| ˹causam˺ |
| ˹ ˺ *om.* |

IMP. CONSTANT(INVS) A. AD MAXIMVM. Iudicantem oportet cuncta rimari et ordinem rerum plena inquisitione discutere, interrogandi ac proponendi adiciendique patientia praebita ab eo: ut, ubi actio partium limitata sit, contentiones non occursu iudicis, sed satietate altercantium metas compresserint, saepius requiratur et crebra interrogatione iudicis frequentetur, ne quid novi resideat, quod adnecti allegationibus in iudiciaria contentione conveniat, cum ad alterutrum hoc proficiat, sive definienda sit causa per iudicem sive ad nostram scientiam referenda. Nec ad

> IVST.
>
> Iudices oportet imprimis rei qualitatem plena inquisitione discutere et tunc utramque partem saepius interrogare, ne quid novi addere desiderent, cum hoc ipsum ad alterutram partem proficiat, sive definienda causa per iudicem sive ad maiorem potestatem referenda sit.

---

1 ā *om. NO* maximum] *scilicet praefectum urbi* iudicentem *N* 2 rimare *S* 3 ac] aut *S* adhibendique *S* patientiam *N* 4 probita *PM* ut] et *E* ubi actio] abiectio *BG* limita *E*[a] 4/6 contentiones (-nis *GS*, et c. *O*) non occursu (-sum *BG*, -so *E*) iudicis (-ces *N*) sed s. altercantium (alterantium *B*[1]) metas *om. G*[a] 6 cumpresserint *PM*, compresserit *B*, compreserint uel contemserint *G* requirantur *PMLS* 7 iudices *N* frequententur *EPMLS* ne] *BGOEL Iust.*, num *NPMS* noui] noue *S*, nobis *PM* 8 contentione] discussione *B*, contentione uel discussione *G* 9 ad] *OEPM*[b]*LS*, *om. NBGM*[a] siue] et siue *G*, sibi *N* causam *N* 10 referendum *G* ne *O*

nos mittatur aliquid, quod plena instructione indigeat. DAT. PRID. ID. IANVAR. SIRMIO CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS.

INTERPRETATIO. Iudex cum causam audire coeperit, litigatorum assertiones vel responsiones patienter accipiat et omnia plena discussione perquirat. Nec prius litigantibus sua sententia velit obviare, nisi quando ipsi peractis omnibus iam in contentione non habuerint quod proponant. Quo usque rei veritas invenitur, frequenter interrogari oportet, ne aliquid praetermissum fortasse remaneat: quia si apud ipsum finienda causa est, totum debet agnoscere; si vero ita res exigit, ut ad principis notitiam deferatur, plena discussis omnibus data relatione debet esse suggestio.

BREV. *(NBGO [om. int.] EPMLS).* — IVST. 3, 1, 9.

1 aliquis *N* plenam instructionem *BG* 1/2 dat. prid. (iii *E*, iiii *BG*) id. (kal. *O*) ian. sirmio crispo (cripo $M^a$) ii (tii *N*, iii *S*) et *(om. E)* constantino (constantio *PMS*) ii c̄c̄ (ii cc *O*, u c *EN**, uu *N*, uucc *PMS*, aug. *B*, *om. G) libri: consentit laterculus praefectorum* 3 causa *NE* 3/4 uel deresponsiones *L* 4 nec] ne *G* 5 quantum *B* ipsis *G* iam] si iam *G* in contentione (-nem *PMLS*) non] nihil amplius in c. *edd.* 6 *post* proponant (-nat $N^a$) *ins.* et tam diu actio uentiletur *edd.* quo usque] quosque *N* inuenitur] *PMS*, inuenietur *L*, prouenitur *N*, peruenitur *BE*, perueniatur *G*: *fortasse scr.* prouenit frequentes *N* interrogatori *N* ne] nec *BL* 7 causa *om.* $E^a$ si] sin *edd.* 8 exiget *L* principes $N^a$ differatur *E* plane *B* data] datur $B^1G$ 9 sugges(s)io *NE*, suggessio et cetera *BG*

, 18, 2 (322 Mai. 23).

IDEM A. AD MAXIMVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Eum, qui sciens iudicio adesse neglexerit, ut contumacem iudex poena multabit. DAT. X K. IVN. SIRMIO PROBIANO ET IVLIANO CONSS.

APP. II, 3 *Krueger (codd. E et Berol. 201)* 'ex corpore Theodosiani . . . . . ad locum'; *titulus non traditur neque integra videtur esse. — Edidit primus Iac. Gothofredus ad C. Th. 2, 4, 2 'ex veteri exemplari codicis Theodosiani ad finem', scilicet ex editionis Cuiacianae a. 1566 exemplari a Pithoeo adnotato (Paris. bibl. publ. F 3).*

1 imp. constantinus ā *traditur* 2 poenam multauit *libri subscriptionem confirmat laterculus praefectorum*

I. 18, 3 [= BREV. II, 18, 2] (325 Iul. 30).

IDEM A. AD SEVERVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Nulli prorsus audientia praebeatur, qui causae continentiam dividit et ex beneficii praerogativa id, quod in uno eodemque iudicio poterat terminari, apud diversos iudices voluerit ventilare: poena ⌜proposita, si quis⌝ contra hanc supplicaverit sanctionem atque alium super possessione, alium super principali quaestione iudicem postulaverit ||, ut, rei quae petebatur integra aestimatione subducta, quintam portionem rei publicae eius civitatis inferat, in cuius finibus res de qua agitur constituta est. P(RO)P(OSITA) III KAL. AVG. PAVLINO ET IVLIANO CONSS.

> IVST.
> ⌜ei ex officio iudicis imminente, qui⌝
>
> || *fin.*

INTERPRETATIO. Nullus penitus audiatur, qui unius causae propositionem apud duos iudices partire voluerit, ut apud unum de negotio principali proponat et ab alio sibi momenti beneficio rem postulet consignari. Quod si quis hoc facere fortasse praesumpserit, eiusmodi poena se noverit condemnandum, ut nec illud quod repetit ulla ratione recipiat et quintam

1 ad seuero *EL* pu̅] *PM*, publium *S*, ppo̅ $G^aEL$, ppu̅ $G^b$, po̅ *B*, ppo̅ urbis *N*, prefectum *O* 2 causam *B* continentia *G*, continentiae *B* diuidet *E*, dicit *PM* 2/3 iudicio] uitio *B* 5 aliam *G* 5/6 possessionem *NBGS*, possessiones *E* 6 aliam *G* principalem quaestionem *G* 7 res *BGM* petebatur] *NGOELS*, petebantur *B*, petatur *PM* integra] in integra *L*, in *PM* 8 portione *L* ciuitates *N*, ciuitati *G* 9 agetur *N* pp̄ (ppo̅ *N*, data *BG*) iii (in *E*, *om. B*) k. aug. paulino et iuliano *(sic N*BGOE Iust. [Hal.]*, k. iul. aug. paulino *N*, k. aug. iul. et paulino *PMS) libri: firmat subscriptionem laterculus praefectorum* 10 auditur *L* 11 partiri *G* ut *om. B* et *bis N* 12 beneficio rem] beneficiorum *N* 13 poena se] se poena *PMLS*

**portionem facultatum suarum, de quantum ibi possederit, rei publicae civitatis illius cedat, in cuius finibus res de qua agitur fuerit constituta.**

BREV. *(NBGO [om. int.] EPMLS).* — IVST. 3, 1, 10.

1 facultatem *N* de *om. BG* possederit] possidere poterat *BG* ciuitates *N* 2 agetur *N*

## XVIIII. DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

*Iust.* 3, 28.

II, 19, 1 [= BREV. II, 19, 1] (319 Apr. 13).

IMP. CONSTANT(INVS) A. AD LVCRIVM VERINVM. Fratres uterini ab inofficiosis actionibus arceantur et germanis tantummodo fratribus adversus eos dumtaxat institutos heredes, quibus inustas constiterit esse notas detestabilis turpitudinis, agnatione durante sine auxilio praetoris petitionis aditus reseretur. DAT. ID. APRIL. SIRMIO CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.

IVST.
**Fratres vel sorores uterini ab inofficiosi actione contra testamentum fratris vel sororis penitus arceantur: consanguinei autem durante vel non agnatione contra testamentum fratris sui vel sororis de inofficioso quaestionem movere possunt, si scripti heredes infamiae vel turpitudinis vel levis notae macula adspargantur *(cf. 2, 19, 3).***

**INTERPRETATIO. Fratribus uterinis, id est diversis patribus et una matre natis, non liceat de inofficioso contra testamentum fratris agere. Sed germanis fratribus praetermissis, id est uno patre natis, si turpibus personis, id est infamibus, fuerit hereditas derelicta, hoc est aut pro libidine meretricibus aut pro inhonesto affectu naturalibus aut certe thymelicis, vel de libertis suis, agendi contra testamentum licentia reservatur, si tamen is ipse germanus non pro crimine suo exilio fuerit deputatus aut per captivitatem fuerit servus effectus aut per emancipationem successionis vel actionis iura perdiderit.**

BREV. *(NBGOEPMLS).* — IVST. 3, 28, 27.

1 ā *om. L* lucrium] lugrium *S*, lucritium *E* 1/2 uerinum] uirinum *NE* 4 institutus *N* 5 inustas] *O fortasse ex em.*, iniustas *BGEPMLS*, iniusta *N* constiterit (consterit $M^a$, constituerit *BG*) esse] e. c. *S* 6 detestabiles turpitudines *E* (h)ac natione *BG*, agnitione *OS* 6/7 durantes sine *BGE*, durantes in *N* 7 praetores *N*, praetoriis *S* petitiones *NE* auditus *NO* 8 reseratur *O* 8/9 dat. id. apr. sirmio (sernio *N*) const. a. u (ūc *E*, *om. BGPMS*) et licinio (uicinio *PM*) c. (u c $N^*$, uu cc *N*, *om. OE*) *libri nostri*, dat. id. apr. (aug. *Hal.*) sirmio crispo (ii *ins. Hal.*) et constantino (caes. ii *ins. Hal.*) *Iust. (PL Hal.)* 10 de diuersis *BGO* et] ut *N* natis] creatis *O* non *om. O* liceat] potest $E^t$ 11 fratres *N*, fraudis *PM* 12 aut] ut *S* 13 libidinem *NE* inhonestum *B*, honestum (-to $E^b$) *E* affecto *E*, effectu *G* certe *om. G* temelicis *BGPM*, themelicis *O*, temilicis *LS*, temellicis *NE* de *om. BO* 14 licentiam *PMS* tamen si *PM* 15 fuer. ex. *S* per em.] si per em. *E* 16 successiones *N*, susceptiones *B* actiones *N*

II, 19, 2 [= BREV. II, 19, 2] (321 Febr. 6).

IDEM A. AD CLAVDIVM PRAESIDEM DACIAE. Licet legum auctoritas filiorum potius quam matrum personis voluit laborem incumbere, ut de inofficioso agentes intra praefinita tempora doceant nullo suo vitio factum nec offensionem se parentibus praestitisse, sed iugiter obsecutos, ut naturae ipsius religio flagitabat, disciplinam inlaesam inoffensam-

IVST.
**1 — p. 107, 2 testamenta] Liberi de inofficioso querellam contra testamentum parentum moventes probationes debent praestare, quod obsequium debitum iugiter, prout ipsius naturae religio flagitabat, parentibus adhibuerunt, nisi scripti heredes ostendere maluerint ingratos liberos contra parentes extitisse.**

1 augg. *N* praeside *ML* datiae *NOG*, dachiae *PML 16. 17*, achaiae *S* 2 liceat $B^a$ potius *om. L* 3 laborem] haberem $M^1$, laborantem *16* 4 ut] aut *N* inofficiosum *N 16* agentis *S* intra] inter *14* 5 doceantur *BG* nullo] in nullo *EPMLS 14. 16. 17* nec] ne *NPMS 14. 17 Cui.*[1] 7 obsecutus *NBELS* $14^b$. *16*

que servasse, ut his probatis removere parentum valeant testamenta: ⌜tamen si mater⌝ contra filii testamentum inofficiosi actionem instituat, inquiri diligenter iubemus, utrum filius nulla ex iusta causa laesus matrem novissima laeserit voluntate nec luctuosam ei et legitimam reliquerit portionem, ut testamento remoto matri successio deferatur, si tamen ⌜defuncto consanguinei agnati non sint superstites, an⌝ mater inhonestis factis atque indecentibus ⌜votis⌝ filium forte obsedit insidiisque eum vel clandestinis vel manifestis adpetiit vel inimicis eius suas amicitias copulavit atque in aliis sic versata est, ut inimica eius potius quam mater crederetur, ut hoc probato invita etiam adquiescat filii voluntati. DAT. VIII ID. FEBRVAR. SERDIC(AE) CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS.

⌜Sin autem mater⌝

⌜defuncto . . . superstites an⌝ *om.*

⌜machinationibus⌝

INTERPRETATIO. Quamvis leges filiis, si praetermissi testamento fuerint, maiorem quam matribus agendi dederint potestatem, ut de inofficioso matris testamento proponant, id est, si quarta debitae portionis suae filio dimissa non fuerit: ita tamen, si probare potuerint, quod matris in nullo laeserint pietatem, sed se obsequium, ut decuit, praestitisse: sic testamentum matris, in quo praetermissi fuerint, non valebit. Nam si mater contra testamentum filii, quod inofficiosum dixerit, agat, debet diligenter requiri, si contra filium mater nihil egisse probatur, aut si nullis insidiis vel publice vel secrete eum laedere fortasse temptaverit: ne forsitan consilium adversus filium inimicis suis, quod inpium est, auxiliumque praestiterit. Quod si factum non fuerit, potest removere praetermissa mater, quia ei quartam de rebus suis portionem filius non dimisit, quod filius fecerat testamentum: si tamen filio fratres consanguinei agnati, id est uno patre nati, aut eorum filii per virilem sexum non esse probantur. Nam si mater, ut superius dictum est, pro manifestis inimicitiis suis praetermissa docebitur, invita adquiescat laesi filii voluntati.

---

BREV. (*NBGO[om. int.]EPMLS et ad textum 14. 16. 17 Sich. Til. Cui.*[1, 2]. — IVST. 3, 28, 28.

1 his] pro his $G^b$ probatis] orbatis $G^b$ 1/2 remouere p. ualeant testamenta] *scripsi*, remoueri p. ualeant testamenta *NBGOE Sich. Cui.*, remoueant (remoueri *S*) p. uoluntatem testamenta *PMLS 14. 16. 17 Til.* 3 mater] matrem *PML 14. 17* filii] fii $L^a$ testamento inofficioso *N* 4 inquire *14* 5 filius *om. 14* 6 nouissimam *17*, in nouissima *Iust. (praeter A)* uoluntatem *ES 14*, uoluntatem ut *N* 7 ei *om. N* et leg.] *Iust.*, nec (se $M^1$) legitimam (-ma *E*) *Brev.* 8 testamentum remotum *G* matre *N*, matris *BG*, matres *E*, marito matri *16* 9 tamen] tam *17* defucto *L* 10 acnati *G Sich.*, agnatio *N* sint] sunt *G 17 Sich. Cui.* 11 indigentibus *BG Sich.*, in decedentibus *N* 12 uotis *om. O* eum] cum *N*, eo *14* 13 glandistinis *E* manifestis] m. forte *O* adpeti(i)t] expetit et *G* amicias *L* 14 sic] si *PML 14. 17* uersata] uersa *14* inimici *E* eius] *rel. et Cui.*[1] *Iust.*, *om. GS 16 Sich. Til. Cui.*[2] matris *E* ut *om. PMS 14. 16. 17 Til.* probatum $NGM^aL$ 15 filii] laesi filii *BG* uoluntate *BG*, uoluntatem *NE* 15/16 dat. uiii (uiiii *O*, uii *Iust. [PL]*, iii *Iust. [Hal.]*) id. feb. serdicae (syrdice *GE*) crispo (*sic NO*, crispo c *BGE*, crispo k. *PM*) ii (ii k̄l *S*, *om. B*) et const. ii (*sic BGPM*, *om. rel.*) cc (caesaribus *O*, c *PM*, ucc *N**, *om. rel.*) *libri* 17 legis *NEL* si *om.* $E^b$ praetermissis *N*, praetermisso *E* testamentum *BG* 18 ut de] ut et de *N*, unde *G* testamentum *G* si] ut si *E* 19 quartam *N* debita *G* filiis *S* potuerit *N* 20 laeserit *N* se *om. B* 21 filii *om. PM* 22 inofficioso *NG* dixerit] dictum est $E^v$ inquiri *G* si *om. N* 23 mullis *G* laedere] dere *N* 23/24 consilium] conludium *BG* 24 quod] et quod *G* 25 quia] qui *N*, que *E* quarta *L* 26 filio] *BE ex corr.*, filius *NGPML*, filii *S* fratres] *GS ex corr.*, fratris *NBEPML* 28 inimicis $B^1G^t$ praemissa *B* 29 uoluntate *B*, uoluntatem *NGE*

19, 3 [= BREV. II, 19, 3] (332 [?] Iul. 27).

IDEM A. AD CONCILIVM BYZACENORVM. Servus necessarius heres instituendus est, quia non magis patrimonium quam infamiam consequi videtur. Unde claret actionem inofficiosi fratribus relaxatam, cum infamiae aspergitur vitiis qui heres extitit, omniaque fratribus tradi, quae per turpitudinem aut aliquam levem notam capere non potest institutus. Ita in hac quoque parte, si quando libertis heredibus institutis fratres fuerint alieni, inofficiosi actione proposita praevaleant in omnibus occupandis facultatibus defuncti, quas ille perperam ad libertos voluerat pertinere. DAT. VI KAL. AVG. COLONIAE AGRIPPINAE PACATIANO ET HILARIANO CONSS.

IVST. (praec. 2, 19, 1)
vel liberti, qui perperam et non bene merentes maximisque beneficiis suum patronum adsecuti instituti sunt, excepto servo necessario herede instituto.

INTERPRETATIO. Si servo per necessitatem debiti a domino cum libertate hereditas fuerit dimissa, quia huiusmodi persona videtur infamis, germanis fratribus, qui praetermissi sunt, agendi contra testamentum datur facultas, ut remota infami persona, salva tamen quam meruit libertate, hereditatem germani fratres ad se debeant revocare. Nam et si praetermissis fratribus liberti per testamentum heredes fuerint instituti, simili modo germani defuncti eos a bonis fraternae hereditatis excludunt sibique omnia, quae reliquerit, vindicabunt.

BREV. (NBGOEPMLS). — IVST. 3, 28, 27.

1 consilium S bizacenorum O, bizacinorum PML, bizazinorum ES, bizacionorum N, binacinorum B, baianorum G necessario O 2 instituendus (institutus O) est (om. O) quia (qui GE, om. O) adiecticia sunt 2/3 infamia N 3 unde claret] ut declaret (declararet N) NB, unde caret S inofficiosis BG, inofficioso N 4 relaxatam] relaxa N, reseruatam O infamiae] infamia O, infamia ea L aspergetur N, aspargetur L, respergitur G uitiis] is O, uitiis (h)is BG extetit Eᵃ, existit O 5 quae] qui N, om. B aliquem PMS 6 ita om. G 7 libertus N alienati O 8/9 fac. occ. O probabiliter 9 illi Nᵃ perperam] perpetuam Eᵛ uoluerit N, uoluit G 10 pertiner M dat. ui (sic O cum iuncta, uii reliqui) k. aug. col. (post illariano G) agrippinae (agripinae BGPM, egrepine E, paene N) pac. (pag- E) et hil. (ilarino E) libri: eo anno cum Constantinus non fuerit in Germania, aut locus corruptus sit necesse est aut dies 11 pro necessitate S edd. 12 quia] qui B infames E 13 infamiae Eᵇ qua NG 14 libertatem E fratres] fratris PMLS, fr. qui praetermissi sunt O reuocari E 15 institutis L a bonis] ab omni B, ab omni uel a bonis (superscr. glossa) G 15/16 fraternae] fratris PM, fraternitate BG 16 hereditates N excludunt] excludant BGEᵇ, excludent O reliquerit] edd., reliquerint NBGEPMLS, reliquerat O

19, 4 [= BREV. II, 19, 4] (361 Mai. 19).

IMP. CONSTANT(IVS) A. ET CAESAR OLYBRIO. Cum scribit moriens, ut arbitratu boni viri, si quid minus filiis sit relictum quam modus quartae, qui per successionem bonis tantum liberis debetur, efflagitat, id ipsum ab herede iisdem in pecunia conpleatur, manifestum est nullam iam prorsus nec super testamento nec super donationibus querellam remanere, praesertim cum universam eandem repellat et reprimat, quae ad pecuniam redigit, iusta taxatio. DAT. XIIII KAL. IVN. TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

INTERPRETATIO. Quotiens pater filiis per testamentum de facultatibus a se dimissis quartam dari praeceperit portionem et hoc in nummo fieri bonorum virorum arbitrio crediderit committendum, seu hoc testamento seu donatione conscripserit, nullam contra patris voluntatem

1 constant PM, constantinus NBGOEL ā. et (iulianus ins. edd.) caes. (caesarius N, ceteri S) om. O olibrio preposito O: fortasse p̄u scribit] scriptum PML, scribi..s Eᵃ, scribet Eᵇ [illegible] aut PMLS arbitrantur BG bonorum uirorum O 2 si quid] aliquid Eᵛ minus] m. [illegible] sit] suis EPML, suis sit S quartae] quanta parte S qui] quae edd. successionem N 3 libertis Mᵃ efflagitati. E ipsum] [illegible] ab herede (-des N)] ad heredem [illegible] iisdem] O, isdem GPML, hisdem NBE in om. E impleatur G 4 nullam iam] nulla tam N testamentum NBGES remouere PML 5 uniuersa BGS eandem] eadem OLᵃ, tandem E redegit PM iuxta NGᵗ 6 taxatio] ta | tio M, actio BG (hic ante iuxta) dat. xiiii (xiii EP, xii G, iiii B) k. iun. (iul. BG) tauro (tarro N) et florentio (frorentio G) libri 7 filios N, filius (filii Gᵇ) familias G 7/8 quarta L 8 hoc] aut G, om. L¹ in n. fieri om. O 9 testamentum BS seu donatione (-nem BS)] siue don. G nulla G patris (patri Eᵃ) uol.] u. p. G

filius habeat actionem, dummodo quartam portionis suae, quam erat habiturus de omnibus, quae tempore mortis suae pater reliquerit, consequatur in nummo.

---

BREV. *(NBGOEPMLS).*

1 filius] filios *L, om. B* dummodum *N* 2 reliquerat *O* in nummo *om. O*

---

, 19, 5 [= BREV. II, 19, 5] (383 Mai 28).

IMPPP. GRAT(IANVS), VALENTIN(IANVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. HYPATIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Intra quinquennium, quod inofficiosis actionibus constitutum est, liberis quoque parentum iudicia inofficiosa causantibus eadem temporis curricula praestituta sunt. DAT. V KAL. IVN. PATAVI MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

INTERPRETATIO. Intra quinque annos a die mortis defuncti quicumque inofficiosum dicere voluerit testamentum, incoandae actionis licentiam se noverit habiturum. Quod temporis spatium etiam filii sibi, si contra parentum testamenta vel voluntates agere voluerint, agnoscant esse concessum. Quo transacto si repetitio incoata non fuerit, omnium personarum de inofficioso intentio conquiescat. Ceterum intra quinquennium incoata usque ad tricennium obtineat actionem.

---

BREV. *(NBGOEPMLS).* — BVRG. R. 31, 2.

1 ual.] et ual. *BGL* epatio *E,* sipasio *G* 2 inofficiosi *O* contitutum *L* 3 temporibus *N* curriculam *N,* carricula *G* restituta *BG* 4 dat. u (ui *E*) k. iun. *(sic BG,* ian. *NOEPMS)* pataui (patana *O*) mer. ii *(om. E)* et sat. *libri* 6 licentia *L* quo *B* 7 etiam] et etiam *N* filiis *L* si *om. S* uel] hac *G, om. B* uoluntates] uoluntatis *S,* uoluntate *G,* uoluntatem *BE* agnoscat *L*ᵃ 8 transactos *N* 9 triennium *M*ᵃ obtenuit *N,* obtinebit *E,* obtinet *B* actione *L*

---

I, 19, 6 [= BREV. II, 19, 6] (413 Febr. 14).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. IOHANNI P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Adversus iudicium omnibus integris atque servatis, quibus inofficiosi actio aut de inmodicis donationibus coeperit forte conpetere, vel qui se praeteritum esse testatur. Nos enim ita huiusmodi institutiones firmandas esse censuimus, ut conpetentibus actionibus viam minime clauderemus. DAT. XVI KAL. MART. RAV(ENNA) P. C. HONOR(II) VIIII ET THEODOSII V AA.

INTERPRETATIO. Contra voluntatem defuncti ita omnia, quae superiori lege sunt statuta, serventur, ut et de inofficioso agere liceat et, si quis se praeteritum dixerit, audiatur. Sed ita haec omnia observari praecipimus, ut, si qua alia propositio fuerit de testamento vel donatione, quae possit opponi, in omnibus audiatur.

---

BREV. *(NBGOEPMLS).*

1 iohanne *E* aduersum *NO* 2 modicis *S* 3 qui se] quis in *E* praeteritos *O* testantur *O,* causantur *B* nos] non *E*ᵛ enim *om. O* 4 institutione *E* censuimus] *NBO,* censemus *G,* concessimus *PMLS,* sanctimus *E* ut] aut *G* compet.] in compet. *E* 4/5 clauderimus *BG* 5 dat. xui (xu *G*) k. mart. rau. pc (ppā constpl *E,* pacaciano *S*) honorii (honorio *NBGE*) uiiii (uiii *G,* uii *B,* ui *E, om. O*) et theodosii (theodosio *NBG*) u aa *(om. O, ins.* conss. *BGEPM) libri* 6 uoluntate *N* superiore *N* stat. sunt *O* 7 seruenter *N* et *om. GE*² inofficiosis *N* quis] quando *E* se praeteritum] se pr. esse *L,* pr. se esse *O* 7/8 haec ita *O* 8 obseruare *B* praecepimus *NEL* qua alia] aliqua *O*

---

II, 19, 7 [= BREV. II, 19, 7] (424 Febr. 24 [?]).

IMP. THEOD(OSIVS) A. AD ASCLEPIODOTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si quis defuncti agno-

---

1 ad asclepiodotum (asclip- *NBG,* asclepioditum *E*)] *NBGE,* asclepiodoto (asclip- *L*) *OPML* puplio *S,* ppm *E,* ppu *G*ᵇ, preposito *O, inc. G*ᵃ

verit voluntatem, de inofficioso agere prohibetur. DAT. VII KAL. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) VICTORE V. C. CONS.

INTERPRETATIO. Qui per testamentum sibi aliquid derelictum acceperit aut vindicaverit et voluerit contra voluntatem defuncti agere, licentiam penitus non habebit.

---

BREV. (*NBGO [om. int.] EPMLS*). — GEMINA 4, 4, 7 pr.

1 prohibemus *G* 1/2 dat. uii (ui *O*) k. mart. const. uictore (uictori *B*, uictor *N*) uc (uiro claro *S*, ss *G*, *om.* *B*) *libri* (*cf. l. gem.*) 3 aut uind. *om.* *N* 4 habeat *BG*

## XX. DE INOFFICIOSIS DONATIONIBVS.

de i. testamentis *N*. — *Iust.* 3, 29.

II, 20, 1 [= BREV. II, 20, 1] (361 Mai. 19).

IMP. CONSTANT(IVS) A. ET CAESAR OLYBRIO. ⌜Illud omnino dubitari non convenit⌝, quod inmodicarum donationum omnis querella ad similitudinem inofficiosi testamenti legibus fuerit inducta et sit in hoc actionis utriusque vel una causa vel similis aestimanda, vel idem et temporibus et moribus. DAT. XIIII KAL. IVN. TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

[⌜non convenit dubitari⌝ IVST.]

INTERPRETATIO. Certum est, quod donatio facta de inofficiosi querella testamento similis iudicatur, contra quam similiter praetermissus, etsi ei minus, cui haec actio conpetit, quam quartae portionis suae modus est, dimittatur, intra quinquennium superius constitutum agere permittitur. Et sicut inofficiosum testamentum, ita potest agere, ut donatio vacuetur.

---

BREV. (*NBGO [om. int.] EPMLS*). — IVST. 3, 29, 9. — BVRG. R. 32, 2.

1 constant] *PM*, constantinus *NBGOL*, constantianus *E* a *om.* *NE* et (iulianus *ins. edd.*) caes. (ceteri *S*) *om.* *O* *Iust.* olebrio *N*: *fortasse* pu dubitare *edd.* 2 donationem *N* omnes *NE*, omnem *G* quaerellas *N*, querelam *G* ad *om.* $S^a$ 3 testamento *N* inducta] indicata $E^v$, iudicatum *G*, introducta *Iust.* et sit] et si *E*, sitque *O* actiones *N* 3/4 causa uel similis (-les *S*)] u. s. c. *O* 4 uel] quod *O* et (*om.* *G*) temporibus (tempore *G*) et moribus (minoribus *E*)] *NBGE Iust.*, et m. et t. *PMLS*, temporibus (*rel. om.*) *O* *add.* si nihil se impiae qui repetit egisse probauerit $E^v$ 4/5 dat. (*sic GOE Iust.*, datur dat. *NBPMS*) xiiii (xu $N^*$, u *N*) k. iun. (iul. *NBGS*$^a$ *Iust.* [*Hal.*]) tauro et fl. (pp *ins.* *E*) *libri* 6 de inofficiosi querella (*om.* $L^a$) testamento (-ti *G*)] *libri*, de inofficioso testamento querelae *edd.* 7 indicatus $B^a$ praetermissus] praetermissis *BG*, *om.* *N* ei] *BGEP*, ae *L*, alicui *N*, *om.* *M* cui] cum *N* 8 constitutum] constitum $G^a$ 9 et] etsi $E^2$ inofficiosum testamentum] *libri*, de inofficioso testamento *edd.* ut] et *E* euacuetur *BGS*

## XXI. DE INOFFICIOSIS DOTIBVS.

dotitibus *L*. — *Iust.* 3, 30.

II, 21, 1 [= BREV. II, 21, 1] (358 Dec. 19).

IMP. CONSTANT(IVS) A. AD MAXIMVM PRAESIDEM CILICIAE. Cum ⌜omnis hereditas dote dicatur⌝ exhausta, concordare legibus promptum est, ut ad exemplum inofficiosi testamenti adversus dotem inmodicam exercendae actionis copia tribuatur et filiis conquerentibus emolumenta debita deferantur. DAT. XIIII KAL. IANVAR. SIRMIO DATIANO ET CEREALE CONSS.

[⌜omnia bona a matre tua d. dicantur⌝ IVST.]

1 constant] constantinus *NBGOELS* praeside *N* ciliciae] glic *E* 1/2 omnes *N* 2 exhausta] exhaurta (*sic*) *N*, explicata expleta et euacuata exhausta (*tribus primis vocabulis superscr.* glossa) *G* 3 testamento *E* exercendam *N* 3/4 actiones *N* 4 conquerentibus] *OE*, conquirentibus *reliqui* *post* emolumenta (-tum *B*) *ins.* emolumentum dicitur fructum lucrum praemium vel mercis laboris sive fructus laboris (*superscr.* glossa) *G* differantur *N*, referantur *G* 4/5 dat. xiiii (iiii *G* *Iust.* [*Hal.*], xui *PM*) k. ian. (iun. *NGE*$^a$ *Iust.* [*Hal.*]) sirmio (sirinio *N*) dat. et cereale (-li *B*, -li ii *G*) *libri*

INTERPRETATIO. Quotiens per dotem ita omnis hereditas evacuata probatur, ut quarta hereditatis ipsius non fuerit reservata, liceat filiis ad similitudinem inofficiosi testamenti contra dotem agere et debitam sibi portionem ex lege repetere.

BREV. *(NBGOEPMLS)*. — IVST. 3, 30, 1.

1 omnes *N* ut] ut si *GE* 2 hereditates *N* | 3 et *(om. $E^a$)* . . . repetere (recipere *GE*) *om. O*

---

21, 2 [= BREV. II, 21, 2] (360 [?] Dec. 18).

IDEM A. ET IVLIANVS C. POMPONIANO. Dote ab uxore marito data filios ex priore matrimonio, si neque ultra dodrantem neque in fraudem legis Papiae constituatur, de hac repetenda nullam habere constat actionem. DAT. XV KAL. IANVAR. SIRMIO IPSO AVGVSTO X ET IVLIANO CAES. III CONSS.

INTERPRETATIO. Si mulier marito secundo dotem dederit et ex priore marito filios habuerit et non eis tres uncias, id est quartam portionem de rebus suis reservaverit, dos, quae contra legem Papiam secundo marito data est, non valebit. Hic de iure addendum, quid sit lex Papia.

BREV. *(NBGO [om. int.] EPMLS)*.

1 et iul. *(om. B)* caesar (consul *S*) *om. O* pompiniano *S*, ponpiniano *L*, pompediano *B*, pompiano *E*: *mag. incertus* dotem *N* filius *GO$E^1$(?)PMLS*, filiis $E^2$ priori *BGO$E^2$* 2 ultra] ultro *B*, *om. S* dorantem *N*, dotantem *B* neque in] nullus in *G* fraude *B* constitutus *B* 3 petenda $E^a$ hab. constat] habet *O*, c. h. *G* 3/4 dat. xu *(sic NGOE,* xui *PMS, om. B)* k. ian. (iun. *G*) sirmio ipso aug. x *(om. OPMS)* et iuliano (iubiano *S*) caes. *(sic N, om. reliqui)* iii *(sic NGE, om. BOPMS)* *libri (subscr. om. $G^a$): Sirmii eo die Constantius non fuit, sed de emendatione non liquet* 5 primiore *S* 6 uncius *N* 7 papiae *G* 7/8 hic d. i. addendum (abdendus *E*) . . lex *(om. $P^a$)* papia] *EP (char. div.) MLS, om. NBG*

# XXII. DE HEREDITATIS PETITIONE.

petitionem *N*, peticiones *L*. — *Iust.* 3, 31: de pet. her.

22, 1 [= BREV. II, 22, 1] (326 [320] Ian. 30).

IMP. CONSTANT(INVS) A. ET C. AD MAXIMVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si is, qui dignitate Romanae civitatis amissa Latinus fuerit effectus, in eodem statu munere lucis excesserit, omne peculium eius a patrono vel a patroni filiis sive nepotibus, qui nequaquam ius agnationis amiserint, vindicetur. Nec ad disceptationem veluti hereditariae controversiae filiis liceat accedere, cum eius potissimum status ratio tractanda sit, non quem beneficio libertatis indultae sortitus acceperit, sed is, in quo munere lucis excesserit. DAT. III KAL. FEB. SERDIC(AE) IPSO A. VII ET C. CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis civis Romanus libertus intercedente culpa Latinus libertus fuerit effectus, si in eadem Latinitate sine reparatione prioris status ab hac luce discesserit, facultatem illius patronus vel patroni filii vel nepotes, qui tamen per virilem lineam descendunt et emancipati non fuerint, sibimet vindicabunt. Nec si filios, quos civis Romanus generavit, fortasse

1 constantius *N* et *(om. BG)* caesar (ceteri *S*) *om. O* ad maximo *N* p̄ū] *PM*, publi *S*, p̄f *L*, p̄fci *B*, praefectum *G*, pp̄o *N*, pp̄m *E*, preposito *O* si is qui] si quis *BG*, qui *O* dignitatem *NES* 2 ciuitates *NL* emissa *N* in] si in *O* statum *N* 3 omnem *NPML* ad patronum *BG* uel a patroni filiis] uel p. filiis *GEL*, uel ad p. filios *B*, siue p. filiis *O* qui] eius qui *BG* 3/4 ius agnationis (-nes *NL*, agnitionis *BG$E^a$*)] a. i. *O* 4 amiserit *E* ueluti] uel ut *O*, uel litis *B*, litis uel *G* hereditario et *S*, hereditario *PML* controuertiae *PM* 5 filiis] f. defuncti *O* licet *S* accede $M^a$ statutus *E* 6 libertatis] libertates *NL*, liberatis $E^t$ his *NGP* locis *N* 6/7 dat. iii (iiii *O*) k. feb. serdicae (serdicie *N*, sardece *B*) ipso a. uii *(om. E)* et *(om. O)* c̄ (cetera *S*, tesunt *G*, *om. O*) *libri* *Propter praefectum urbi Maximum magis est ut sit a. 320* Constantino A. VI et Constantino conss. 8 ciues *ES* libertus *om. L* 9 si] qui sibi *N* priores *NL*, primi *BG* facultatem] *NEPMS*, facultates *BGL* 10 filius *S* nepotis *LS* liniam *N* 11 si filios] si filius *ES*, sibi filios *NG*, filii *(om. si) B* ciues *NE*

...endum est, in qua libertate nati

... nc. S[1]

## ...ICATIONE.

... COMITI ET MAG(ISTRO) EQVITVM. Quisquis ...publico vel aedificium aliquod construxerit ... perpetuo iure et firmo dominio eadem ex ... subreptionem aliquis postea eadem loca a ... atque sancimus, si quisquam militum simili ... possidenda detinuit ac postea eadem per alias ... reformari eadem, ita tamen, si probatum ... ostendimus a milite ratione detentum: vel ... translatum fuisse quod tenuerant potuerit per... ...nostri numinis subripiendo postulare audeat ... nostri forma conprehendit, poenam viginti li... ...KAL. MART. RAV(ENNAE) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO

... in solo publico aedificium fortasse construxerit aut ... per nullius calumniam penitus repellatur, sed hoc ... miles nostris utilitatibus serviens, si locum publicum ...uerit, si hoc tamen nullus antea tenuit, cui miles ipse ... Contra quam rem etiam si subreptum principi fuerit, ... etiam inprobus petitor viginti libras auri fisco coga-

... crispioni ... (-te O) ... si quis N ... S. com- ... B con- ... NE[a] ... S 6 ante] ... amissa BG ... E. hanc S ... S. detenti E ... E tenuerat ... pendere E, per- ... PML S. doceri O ... BG post] per PMLS hac NE nostro O nominis NBG ELS, nomini O subripiendum E audao B 11 spatio S formam B poena NG 12/13 dat. u k. mart. rau. asclepiodoto (asclipiodoto NG) et mariniano (mariano NBS) *libri* 14 militum PMS construxerit] constasse contruxerit (*sic*) N, exstruxerit *edd.* 16 idem] id est B, id est si G seruiens] seruilis PM si locum] solo cum N 17 ante B, ante ea S miles] si miles BG 18 existerit G contra quam] contrarius PM, quam S rem *om.* E[a] si] sibi G principe M[a] 19 inpetra N inprobos N[a] 19/20 cogetur B[a]

## XXIIII. DE FAMILIAE HERCISCVNDAE.

de] *reliqui et Iust.* (CM[a]S), *om.* E — familia OGE — (h)erciscundae] heciscundae L[a]. — *Iust.* 3, 36.

... (321 [324] Aug. 29).

... A AD VERINVM. Cum dividundae res erunt, dubitari non potest ... consensum sine ulla controversia commodandum. Quod vero ad huius-

... *praef. urbi* ... PML S. diuidunt he- ... BGOE non potest] non conuenit E[v] 2 suis *om.* O controuertia PM commodanda L[a] 2/112, 1 huiusmodis N

modi spectat scripturas, in quibus talis defunctorum fuisse mens invenitur, ut de testamento intellegatur tantummodo cogitatum, etsi repugnare ius videatur, huiusmodi quoque conscriptiones inter suos dumtaxat heredes valere oportet, quemadmodum valent scripturae simpliciter incoatae, quas nulla sollemnitatis adminicula defendunt, solis nixae radicibus voluntatis. Licet enim sub testamenti vocabulo coeptae, cum perfectae non sint neque appellari aliter ullo modo possint, evanuisse videntur, tamen dispositiones ultimae coloratam iuris imaginem referentes iustius in se legum proclivem favorem debent provocare. Quam ob rem cum filiis ac nepotibus civili iure vel auxilio praetoris ut suis heredibus defuncti successio defertur, etiamsi coeptum neque inpletum testamentum esse memoretur, vel si ab utilitate verborum vel sollemnitate iuris inanis scriptura esse dicatur, considerari specialiter voluntatem placet et obsecundari protinus, cum res dividentur, nec retineri amplius, quam quod singulorum personis detegetur adscriptum, ut et memoria defuncti non violetur parentis et occasiones litium dirimantur. DAT. IIII KAL. SEPTEMB. CRISPO II ET CONSTANTINO II CONSS.

INTERPRETATIO. Quando facultas patris inter filios vel nepotes dividitur, specialiter voluntas patris vel avi paterni debet in omnibus custodiri, cuius testamentum etiamsi non fuerit perfectum aut si non legitimo numero testium subscribatur nec gestis allegetur, tamen si agnoscitur defunctus, de quo supra dictum est, de facultate sua aliquid ordinasse, quidquid unumquemque de filiis vel nepotibus cuiuscumque sexus habere voluerit, hoc sibi sine consortis repetitione defendat: nec praesumat aliquis, quod alteri consorti auctor ille dimiserit. Sed hoc inter filios et nepotes ex filiis masculis observetur, quod voluntate auctoris per quamcumque scripturam probabitur ordinatum.

---

BREV. (*NBGOEPMLS*).

1 expectat *GPMLS*, spectant *N* tales *NS* fuisse mens] m. f. *G* 1/2 ut d. t. intellegatur *om. L* 2 cogitantum *N* ius] quis *N* 3 conscriptione *NE* quae ammodum *PM*, quae ad modo *L* 4 quos *BGL* nullas *NS*ᵃ solennitates *NES*, solempnitas *L* solis] uel solis *G* nixae] *edd.*, nexae *BGEPM*, nexa *N*, nixas *O*, nexeque *L*, noxa quae *S* 5 uoluntates *N* uocabula *S* cepti *BG*, certo *E*ᵛ perfetae *L* 6 ullu *E* uidetur *L* dispositiones] *edd.*, dispositionis *libri* 7 coloratum *PML* iuris] in se iuris *OE*ᵛ imaginem] *BGOS*, imagine *NPML*, imagines *E* perperentes *N*, preferentes *O* legem *B*, legem uel *G* procliuem *om. O* debeat *PML* 8 cum *om. O* ciuilis *PML*, ciuiles *S* praetores *N* ut] cum *BG* 9 defuncti successio] *NOES*, defunctis accessio *PML*, defunctis successio *BG* defertur] *NE*, deferatur *BGO*, deferretur *PMLS* etiamsi coeptum] ac si inceptum *G* inpletum (i. est *N*) test.] test. completum *O* 10 memoratur *O*, dicatur *E* 11 considerare *G* obsecundari] hoc secundari *O* res *om. B* 12 retenire *L* detegitur *NGOES* 12/13 memoriam *E* 13 uiolentur *NBG* parentes *NBGES* occasionis *S*, occasio *B* litum *N*ᵃ dirimatur *B*, derimentur *S* 13/14 dat. iiii (iii *B*, ui *N*) k. sept. (dec. *N*ᵃ) crispo (crispio *E*) ii et constantino (constantio *O*) ii (*sic N, om. reliqui*) cc (c *vel* caesar. *EPM*, clarissimo *B*, *om. NGOS*) *libri*: *Verinus praef. urbi fuit 323 Sept. 13 — 325 Ian. 3* 15 inter] in *N* uel] et *E* diuidetur *NPML* 16 paterni] materni *PMLS* 17 test. num. *O* subscribatur] conscribatur *NO* nec] ne *N* gentis *S* 17/18 defunctis *E* 18 est *om. L*ᵃ ord. al. *O* 19 uel] ac *BGO*, uel de *PMS* consortes *NE* repetitione] diffinitione repetitione *B* 20 defenderat *L* alteri] *PMLS*, alterius *NBGOE* consortes *NE* 21 et] ac *G* auctores *E* quemcumque *N* scriptura *N* 22 probatur *NB*, fuerit *O*

---

I. 24, 2 [= BREV. II, 24, 2] (327 Iun. 11).

IDEM A. AD CONSTANTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nulli quidem de bonis usurpandis vivorum nec dividundis contra bonos mores concessa licentia est: sed si praecipiente matre bona eius inter se liberi diviserunt, placuit omnifariam nobis huiusmodi divisionem durare,

---

1 ad constantio *N*, ad constantinum *PMS* pfu *L*, ppm̄ *E*, ppū *G*ᵇ, *inc. G*ᵃ usurpandis] obseruandis *BG* 2 uirorum *NBG* diuidundis] *scripsi*, diuidundi *PML*, diuidendi *NBGOES* bones moros *N* praecipientem *N* matrem *N* 3 omnifariam] omnefariam *E*ᵛ*L*, omnenefariam *E*ᵗ, obnefariam *NB*, benefariam *G* diuisione *N*

si modo usque ad extremum eius vivendi spatium voluntas eadem perseverasse doceatur.
DAT. III ID. IVN. CONSTANTIO ET MAXIMO CONSS.

INTERPRETATIO. Licet vivorum bona ut dividantur, iniustum sit, tamen si mater vivens facultatem suam filiis praeceperit et permiserit dividendam et usque ad exitum vitae suae in eadem voluntate perstiterit, divisio inter filios facta perduret.

---

BREV. *(NBGO [om. int.] EPMLS).*

1 usque] quoque *PML* eius] eis *B* 2 dat. iii (iiii *BO*) id. (k. *G*) iun. (constantinopoli *ins. libri praeter N*) constantio *(sic NBO*, constantio i *E*, constantino *GPMS*) et max. *libri* 3 uirorum *GE* 4 facultatem suam] facultates suas *BG* diuidendam] diuidendas *BG* et usque] eiusque *N* 5 eadem] ea *PML* persisterit *S*, praestiterit *E* perdurat *PMLS*, perdurent $E^{a}$

# XXV. DE COMMVNI DIVIDVNDO.

commune *G* — diuidendo $BOL^{a}$, diuidendum *G*. — *Iust.* 3, 37.

II, 25, 1 [= BREV. II, 25, 1] (inc. a. April. 29).

IMP. CONSTANT(INVS) A. GERVLO RATIONALI TRIVM PROVINCIARVM. In Sardinia fundis patrimonialibus vel enfyteuticariis per diversos nunc dominos distributis oportuit sic || possessionum ⌜fieri divisiones⌝, ut integra apud ⌜possessorem⌝ unumquemque servorum ⌜agnatio⌝ permaneret. Quis enim ferat liberos a parentibus, a fratribus sorores, a viris coniuges segregari? Igitur qui dissociata in ius diversum mancipia ⌈ traxerunt, in unum redigere eadem cogantur: || ac si cui propter redintegrationem necessitudinum servi cesserint, vicaria per eum qui eosdem susceperit mancipia reddantur et invigila, ne per provinciam aliqua posthac querella super divisis mancipiorum affectibus perseveret.
DAT. III. KAL. MAI. PROCVLO ET PAVLINO CONSS.

> IVST.
> || *inc.*
> ⌜diu. sic fieri oportet⌝
> ⌜successorem⌝
> ⌜vel colonorum adscripticiae condicionis seu inquilinorum proxima agnatio vel adfinitas⌝
> ⌈ vel colonos
> || *fin.*

INTERPRETATIO. In divisione patrimoniorum seu fiscalium domorum sive privatorum observari specialiter debet, ut, quia iniustum est filios a parentibus vel uxores a maritis, cum ad quemcumque possessio pervenerit, sequestrari, ut mancipia, quae permixta fuerint, id est uxor cum filiis et marito suo, datis vicariis ad unum debeant pertinere, cui necesse fuerit commutare, quod sollicitudo ordinantium debet specialiter custodire, ut separatio fieri omnino non possit.

---

BREV. *(NBGO[om. int.]EC[incipit* 15 *interpretatio]PMLS).* — IVST. 3, 38, 11.

1 gerolo *ES*, ierolo *B*, ierolae *G* rationale *G*, rationabili *E* 2 enfeteuticuriis *L*, in*(om.* $E^{a}$*)*fiteutigariis *E*, emptaeuticariis *N* 2/3 diuersus *E* 3 dominus $NE^{a}L^{a}$ sic] si *B* 4 diuisionis *B* integram *G* 6 agnitio *BG* quis enim] qui *PM* referat *G* 7 sororem *G* 8 coniugis *N* qui] quod *G*, si qui *Iust.* 8/9 desociata *L* 9 adtraxerunt *G*, traxerint *Iust.* 10 red. eadem] e. r. *Iust.*, ea red. *O* 10/11 ac si cui] ac sicubi *B*, si cui autem *O* 11 necessitudinem *ES* 12 cesserunt *G*: *scr.* decesserint uicarium *N* per] pro *N* qui] quae *E* susceperit] *BGO*, susceperint *NEPMLS* reddatur *G*, redatur *B* et inuigila ne] *scripsi*, et inuigilante *PML*, sed inuigilans *S*, et inuigilant *E*, et in uigilia ne *N*, et inuigilante te *O*, et inuigilandum (-ladum $B^{1}$) ne *BG* 13 ne per prouinciarum *L*, per prouinciam ne *O* aliquam *GE* post haec *NGO* quaella $M^{a}$, querellas *E* diuisis] diuersos *E* 14 dat. iii (uii *G*, *om. B*) k. mai. proc. et paul. *libri (deficit Iust.): consules hi cum non sint in fastis, Gothofredus reposuit* Optato et Paulino *(a. 334)* 15 in *om.* $BG^{a}$ diuisionem *N*, definicione *G*, diffinitionem *B* seu] siue *PMLS* dominorum $C^{a}$ siue] seu *N* 17 ut *om. PML* permixta fuerint] per *N* 18 marito suo et filiis *G* 19 custodiri *BGC* superatio *C*

# XXVI. DE FINIVM REGVNDORVM.

de finium] *libri, etiam Grom.* (diffiniunt *Erf., om. Guelf.*) *et Iust. (SC)* — regendorum *G.* — *Iust.* 3, 39.

I. 26, 1 (330 Febr. 22).

IMP. CONSTANTINVS A. AD TERTVLLIANVM V(IRVM) P(ERFECTISSIMVM) COMITEM DIOECESEOS ASIANAE. Si quis super ⌜invasis⌝ sui iuris locis prior ⌈ detulerit querimoniam, quae ⌜finali cohaeret cum proprietate controversiae⌝, prius super possessione quaestio finiatur et tunc agrimensor ire praecipiatur ad loca, ut patefacta veritate huiusmodi litigium terminetur. Quod si altera pars ⌜locorum adepta dominium subterfugiendo moras attulerit, ne possit controversia definiri locorum ordine, electus agrimensor dirigatur ad loca, ut, si fidelis inspectio tenentis locum esse probaverit, petitor victus abscedat⌝; || at si controversia eius claruerit, qui primo iudiciis detulerit causam, ut ||⌜invasor ille poena teneatur edicti⌝, si tamen vi ⌜ea⌝ loca eundem invasisse constiterit. Nam si per errorem aut incuriam domini loca ab aliis possessa sunt, ⌜ipsis solis cedere debent⌝. DAT. VIII K. MART. BESSI GALLICANO ET SYMMACHO CONSS.

IVST. 3, 39, 3.
⌜ ⌝ *om.*
⌈ de finibus
⌜proprietatis controversiae cohaeret⌝

⌜ne huiusmodi quaestio terminetur, se subtraxerit, nihilo minus agrimensor in ipsis locis iussione rectoris provinciae una cum observante parte hoc ipsum faciens perveniet⌝.

|| *fin.*

IVST. 8, 4, 5.
⌜Invasor locorum p. t. legitima⌝
⌜ea⌝ *om.*

⌜sine poena possessio restitui debet⌝

*GROM. (Erf. Guelf. cum Pal.).* — IVST. 3, 39, 3. 8, 4, 5.

1 tertulianum *Grom. (Guelf.)* 2/3 ū. p̄. (*sic Guelf.*, uirum perfectissimum *Erf.*) c. d. a. *om. Iust.* 3 iuris sui *Iust.* 6 possessionem *Grom. (Erf.)* 8 ut] *Grom. (Guelf.) Iust., om. Grom. (Erf.)* 10 dominum *Grom. (Erf.)* 11 afferet *Grom. (Erf.)* 12 locorum] a locorum *Lachmann* ordines et electus *Grom. (Erf.*, ordines et directus *Guelf.)* 15 at] ac *Grom. (Erf.*, et *Guelf.)* controuersiae *Grom. (Guelf.)* 16 iudiciis] *Grom. (Erf., om. Guelf.)* 17 edicti *Grom. (Erf.*, addictus *Guelf.)* 18 uim *Grom. (Erf.)* eundem *Grom. (Guelf., om. Erf.)* constiterint *Grom. (Erf.)* 19 incuria *Grom. (Erf.)* 21 debent] debet *Grom. (Guelf.*, debere *Erf.)* 21/22 dat. (datur *Grom. [Erf.]*, data *post* loca *Grom. [Guelf.]*) uiii (*sic Grom. [Guelf.]*, xuiii *Grom. [Erf.]*, xui *Iust. 3, 39, 3 [Hal.]*, ui *Iust. 3, 39, 3 [PL]*) k. mart. (mai. *Iust. 8, 4, 5 [VPL Hal.]*) bessi (*sic Iust. 3, 39, 3 [PL]*, ueronae *Iust. 3, 39, 3 [Hal.], om. Grom. Iust. 8, 4, 5*) gall. et symm. conss. (*om. Grom. [Erf.]*) *libri*

I. 26, 2 [= BREV. II, 26, 1] (330 [317] Iun. 20).

IDEM A. AD BASSVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si constiterit eum, qui finalem detulerit quaestionem, priusquam aliquid sententia determinetur, rem sibi alienam usurpare voluisse, non solum id quod male petebat amittat, sed quo magis unusquisque contentus suo rem non expetat iuris alieni, is, qui inreptor agrorum fuerit, in lite superatus tantum agri modum, quantum ⌜diripere⌝ temptavit, amittat. LECTA APVD ACTA XII KAL. IVL. GALLICANO ET SYMMACHO CONSS.

⌜adimere⌝ IVST.

1 idem *Gr.*, imp. constant(inus) *Brev.* pū *Gr.* (*Guelf.*, pum *Erf.*) *PM Iust.* (*meliores*), publium *S*, p̄f u *CL*, p̄p̄ō *D*, p̄ō *N*, p̄ō ūrb *B*, p̄p̄m̄ *E*, p̄fc $G^{b}$, preposito *O*, *inc.* $G^{a}$ constituerit *N* detulerit] *BGOES*, distulerit *N*, ret(t)ulerit *Gr. CPML* 2 sententia] sentiat *Gr. (Erf.)* rem] nam in rem *Gr. (Erf.)* uoluisse] uoluisset constiterit *Gr. (Erf.)* 3 petebat] praesumpsit *B* quo] quod *Gr. GPM* unusquisque *om. Gr. (Guelf.)* suo] suam *Gr.* $BGC^{v}$ 4 non] ne $C^{t}$ expetat $GOC^{v}PM^{b}LS$ *Iust.*, expectat *Gr. NBE* $M^{a}$, et petat $C^{t}$ alieni is qui inreptor (inruptor *BG*, in re praetor $C^{t}$)] *Gr. (Guelf.) DBGOCPM LS*, alienus (alieni his *E*) qui in repto *NE*, alienus qui in repertor *Gr. (Erf.)* is *om. DO Iust.* fuerat *Gr. (Erf.), om.* $D^{a}$ in lite] in litem *L*, inlicite *D*, *om. O* tanto *L* 5 modo *NEC* quantum] quam *PM* dirimere *D* 5/6 lecta (licet *E*, lecta kl. *O*) apud acta (senatum *Grom. et inde* $C^{2}$) xii k. iul. gall. et symm. conss. (ss *Grom. [Guelf., om. Erf.]*): *propter praefectum requiritur* Gallicano et Basso *(a. 317)*

INTERPRETATIO. Si quis pervasor finium fuerit adprobatus, eo quod priusquam aliquid iudicio finiretur, id, quod alter tenuerat, invasisset, non solum illud, quod male praesumpsit, amittat, sed ut non unusquisque rem alienam occupet, cum fuerit in causa devictus pervasor iuris alieni, tantum spatii restituat, quantum praesumpsit invadere.

---

BREV. *(ND[= cod. Paris. 12445 f. 210:* in libro secundo legis Theodosianae cap. XXVII de finium regendorum]*BGO[om. int.]ECPMLS). — GROM. (Erf. Guelf. cum Pal.).* — IVST. 3, 39, 4. — BVRG. R. 39, 3.

1 finium *om. M* eo] eum *PML* 1/2 iudicio] in i. *N* 2 tenuerit *N* inuasisset] *D*, inuasisse *reliqui*, inuasisse probatur *E* 3 quisque] *edd.*, quisqui *E*, quis *reliqui* 4 praesumpsit] peruasit *ND*, quaerebat *G*[t]

---

II, 26, 3 (331 Aug. 1).

IDEM A. AD VNIVERSOS PROVINCIALES. POST ALIA: Si finalis controversia fuerit, tum demum arbiter non negetur, cum intra quinque pedes locum, de quo agitur apud praesidem, esse constiterit; cum de maiore spatio causa, quoniam non finalis, sed proprietatis est, apud ipsum praesidem debeat terminari. Et si socius quid petat a socio, ante praeses iudicet, an praestari aliquid oporteat et tunc demum illud per arbitros restituatur, quod constiterit esse solvendum. DAT. K. AVG. BASSO ET ABLAVIO CONSS.

---

*GROM (Erf. Guelf. cum Pal.).*

1 tunc *Guelf.* 2 arbitros non negentur *Erf.* intra] contra *Erf.* 3 esse constiterit (consisterit *Guelf.*) c. d. m. sp. c. quoniam (quaedam *Guelf.*) . . . 4 praesidem *om. Erf.* 5 aliquid *om. Erf.* 6 ablauio] *Erf.*, abladio *Guelf.* conss.] *Erf.*, ss *Guelf.*

---

II, 26, 4 (385 Iul. 26).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. NEOTERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quinque pedum praescriptione summota finalis iurgii vel locorum libera peragatur intentio. || Sola sit igitur huiusmodi litibus una praescriptio, quae improbi petitoris refrenare possit invidiam, si veteribus signis limes inclusus finem congruum erudita arte praestiterit. Nec vero prolixioris temporis in huiusmodi iurgiis locum habebit ulla praescriptio, cum diuturno otio alienum rus quis se asserat diligentius coluisse, quando omne huiusmodi iurgium solo praecipimus iure discingi, quo artis huius peritis omnem commisimus sub fideli arbitrio notionem. DAT. VII K. AVG. ARCADIO A. I ET BAVTONE CONSS.

|| *fin. Iust.*

---

*GROM (Erf. Guelf. cum Pal.).* — IVST. 3, 39, 5.

1 neuterio *Guelf.*, neotherico *Erf.* ppo u ped. *Erf.*, ppo k. u quinque ped. *Guelf.* 3 igitur huiusmodi] *Erf. cum Pal.*, h. m. i. *Guelf.* litibus] *Lachmann*, legibus *Erf. cum Pal.*, legis *Guelf.* 4 signis limes inclusus finem] *Erf.*, finem cum signis l. i. *Guelf.* 5 iurgiis] *Erf.*, *om. Guelf.* 6 quis] *Lachmann*, quisquam *Erf.*, quisque *Guelf.* se ass.] *Erf.*, ass. se *Guelf.* 7 artis] *Guelf.*, aruis *Erf.* 8 arbitrio notionem] *Lachmann*, arbitrio nationem *Erf.*, arbitratione iudicium *Guelf.* 8/9 dat. *(sic Guelf.*, pp. alexandria *Erf.)* uii (uiii *Iust. [Hal. PL]*) k. aug. arcadio *(om. Guelf.)* a. *(om. Erf.)* i *(om. libri)* et bautone conss. (ss *Guelf.*) *libri*

---

II, 26, 5 (392 Nov. 4).

IMPPP. THEODOSIVS, ARCADIVS ET HONORIVS AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cunctis molitionibus et machinis amputatis finalibus iurgiis ordinem modumque praescripsimus ne de eo tantum spatio, hoc est pedum quinque, qui veteri

IVST.

Cunctis molitionibus et machinis amputatis decernimus in finali quaestione non

---

1 et *om. Guelf.* a. a. a.] *Erf.*, augusti *Pal.*, aug. *Guelf.* rufo *Grom.* 2 ppo *Erf.*, p. p. k. *Guelf.* motionibus *Pal. Guelf. (m. 1)*, monitionibus *Guelf. (m. 2)* machinis] maguis *Erf.* 3 ordinem modumque] omnem modum quem *Guelf.* prescribimus *Guelf.*

iure praescripti sunt, sine observatione temporis arbitros iussimus iudicare. Quod si loca in controversiam veniant, sollemniter de his iudices recognoscent; et seu civilis seu criminalis actio conpetet, tribuetur ita, ut causa cognita et redhibitioni obnoxius decernatur nec poenam convictus aufugiat. DAT. PRID. NON. NOVEMB. CONSTANTINOP(OLI) ARCADIO A. II ET RVFINO CONSS.

longi temporis, sed triginta tantummodo annorum praescriptionem locum habere.

*GROM (Erf. Guelf. cum Pal.).* — IVST. 3, 39, 6.

1 praecepti *Erf.* 3 de his *om. Guelf.* iudicare cognoscens *Guelf.* et *om. Erf.* 4 competit *Erf.* reddibitione *Guelf.* obnoxios *Erf.* 5 nouenli *Erf.* constinop̄ *Erf.*, constantino pio et *Guelf.* 6 ā] *Just.* *(PL Hal.)*, *om. Grom.* conss.] *Erf.*, s̄s̄s *Guelf.*

## XXVII. SI CERTVM PETATVR DE CHIROGRAFIS.

certum] rectum *G* — petitur *NGL*, petitor *S*, petetur *PM*. — *Iust.* 4, 2: si certum petatur.

27, 1 [= BREV. II, 27, 1] (421 Iul. 28).

IMPPP. HONOR(IVS), THEOD(OSIVS) ET CONSTANTIVS AAA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O.
Super chirografis mortuorum hanc servari volumus perpetua observatione sententiam, ut, qui inter absentes intra hoc iuge quinquennium, inter praesentes vero biennium iudiciis conpetentibus non publicaverit cautiones nec convenerit debitoris heredes, actione prive-
1 tur. Hic tamen si intra tempora constituta processerit, absque ullo sequestrationis obiectu prius manum defuncti probare iubeatur: hoc enim toto iure cantatum est, ut scripturam prolator adfirmet; quam tamen adstrui non solum manus conlatione conveniet — quid enim aliud falsarius agit, quam ut similitudinem veritatis imitetur? — sed aliis multiplicibus documentis, ut probet magnae securitatis fuisse, quod siluit. Nam si publicam iudiciorum aditionem amicitiarum forsitan inpedivit adfectio, privatam saltim conventionem testis audivit, libertus aut servus agnovit, admonere etiam potuit sub mortis
2 vicinitate languentem. Quod si se forsitan causetur absentem, maioribus adstrui potest conventio longinqua documentis promissae solutionis epistulare rescriptum. Ac ne id ipsum, qui cautionem fingit, imitetur, producat in medium portitores, qui alternae partis scripta confirment, a quibus tamen verum vel sacramento dignitas vel suppliciis terror exploret: quamvis ad inluminandam hereditarii debiti fidem et causas oporteat fenoris

1 hon. theod. et const.] th. hon. et const. *BG*, hon. et theod. *N* 2 perpetuam *ES*, perpetuae *BG* obseruationis *BGS* 3 quid *C* iugi $NE^{t}$, iure $BGE^{v}$ praesentis *L* iudicis $E^{a}$ 4 publicauerint *G* cautione *C* contenuerint *N* debitores $NOE^{1}$*(?)LS*, debitores si $BGE^{2}$*(?)* heredis *O*, heres $G^{b}$ 4/5 priuentur $BE^{a}PM$, priuatur *N* 5 intra (infra *G*) t. c.] ultra c. t. *O* abque *G* sequestrationes *EL*, sequestratione *N* 6 obiecto *E* manu *NG* cantatum] statutum *E* 7 scriptura *NBS* prolatur *N*, probatur *BE*, p.rbator $G^{t}$ tamen *om. E* adstrui] asseri *O* solum] *NBGOES*, sola *CPML* conueniad *L* 8 aliud] leuius *O*, est *B*, *post* falsarius *S* falsarius] causator (-tur *L*) *PML* aget *N*, agat *O* imitetur] imititur *L*, imittetur *G*, emittetur *NB*, emittitur *S* aliis] ab his $E^{v}$ 9 securitates $L^{a}$ 9/10 publica *BG* 10 aditione *BG*, actionem $E^{2}$ amicitiarum . . . 10/11 conuentionem *om.* $L^{a}$ impetiuit *GL* effectio *NL* priuata *B*, priuatus *PML* 10/11 conuentione *B* 11 testes *NL* audiuit (et *ins. E*) libertus] l. a. *O* aut *om. O* seuus $M^{a}$ admonire *L*, admunere *N* mortuis *E* 12 uicinitatem *N*, ciuitate *E* laguentem *L* se *om. G* causentur *G* absentem] fuisse a. *O*, absente praesertim *G* 12/13 maioribus adstrui potest conuentio longinqua (longi iniqua *B*, longinqua quae *PMLS*) documentis promissae solutionis (-nes *NL*) epistulare rescriptum] *sic libri;* promissaeque *coniecit Gothofredus*, epistolari rescripto *Cuiacius*, expostulare rescriptum *Ritter; sed* maioribus *quoque corruptum videtur* 14 cautionem] per c. *E* finget *L*, fecit $BG^{t}$ immitetur *S*, imittetur *G*, emittetur *NB*, emittitur *E* medio *G* portitoris *BE*, porteiures *N* qu $C^{1}$ partes *NE* 15 a quibus] aliquibus *P* tamen] tam *L* uerum] uero *B*, *om. O* uel *om. G* sacramento] *NBGOE*, sacra *CPML*, sacramentorum *S* dignitatis *N* suppliciis terror] suplicio tortor *O fortasse vere* 16 exploret] *edd.*, exploret et *libri* ad lum. *L* hereditariis *BG* fidem] finem $G^{v}$ et] ea *S*

adprobari, et pecuniae baiulos hinc inde produci. His ac talibus si destituetur taciturnitas longinqua documentis, in evidenti est veteratorum calumnias non solum repetitione
3 privandas, verum etiam severitate cohibendas. Sed si viventis ante hanc legem facta cautio proferatur, quam suam neget ille qui petitur, sequestret pecuniam litigaturus ex falso. Cavendum est enim, ne infitiandi fomitem ministremus obnoxiis. Quod tamen tunc conveniet custodiri, si inter praesentes utrosque viventes necdum viginti anni, inter absentes necdum triginta doceantur emensi. Alioquin, si chirografi fides sub silentio iudiciariae conventionis statutum tempus excesserit, probari prius debitum conveniet, tunc re-
4 posci, sequestrationis necessitate submota; sin vero suam quidem manum fateatur obnoxius, sed nihil sibi numeratum pro hac obligatione causetur, tunc chirografi discuti oportebit aetatem, ut, si iure delata contestationibus tempora debitor taciturnus exegit,
5 cavillationis istius perdat obstaculum. De cetero vero sancimus, ut omnes deinceps cautiones intra duodecennium vim contestationis accipiant, quam debitor facta novatione
6 promittat. Sed si mediis temporibus peregrinetur obnoxius, quo novationi longior obsit absentia, volumus creditorem ante duodecennium praestitutum aditis iudiciis edictum mereri auctoritatemque postibus debitoris adfigere, domesticas etiam convenire personas: nullus enim per tanta contestationum poterit documenta mentiri. Quod ideo ante duodecennium iubemus agitari, ut per intervalla temporis longioris inclamatus advertat, confutari debere, si fides non agnoscitur petitorum, nec obesse iam post adscripta tempora creditori, si post has contestationum voces longa debitoris absentia vel redhibitio protele-tur vel novatio iusta ludatur. Et quamvis nescire promulgata non liceat, per omnem hunc annum pendere iubemus edictum. DAT. V KAL. AVG. RAV(ENNA) EVSTATHIO ET AGRICOLA CONSS.

INTERPRETATIO. De cautionibus mortuorum hoc praecipimus observari, ut, si debitor absens defunctus fuerit et mortuum eum creditor esse cognoverit, cautionem suam intra quinquennium iudici non differat publicare. Si vero praesente creditore defecerit, intra biennium defuncti publicet cautionem, ita tamen, ut manus mortui conferatur et agnosci possit illius esse subscriptio, aut convenisse illum dum viveret aliquibus scientibus valeat adprobare: et causas ipsius debiti, unde pecuniam contraxit, exponat. Quod si supra personam mortui detegitur fortasse mentiri, non solum pecuniam non recipiat, sed etiam severitatem legis incurrat. Nam de

---

1 baiolus *N* ac talibus] actibus *BEP*, hastalibus *C* si] se *BG* destituetur] destituitur *OS*, distituitur *E*, destitutis *B*, distutis $G^t$, institutis $G^v$ 2 longinqua] longinquas *L*, longinquitas *PM*, longum in qua *B* incuidenti *N* est ueteratorem *L*, aestuet eratorum *B*, est ueteratores $G^t$ 3 cohibendas] cohercendas $E^v$, corrigendas $G^t$ uiuentes *NCL* hanc] hac $G^a E^a PMLS$ lege *PMLS* facta] acta $G^t$, *om. O* 4 cautio (causatio $E^v$) proferatur] cautione feratur *C* negat *S* petitor *N*, patitur *PL*, patiatur *M* sequestrat *S* 4/5 ex falso] id falso *PML*, et falsum $G^t$ 5 inficiendi *BGE*, infiniendi *N*, infinitiandi *L* fomite *PM* tunc] ita *NBG* 6 conuenit *NGS* custodire *N* utriusque *E* annis *B* 7 doceatur $E^a$ emensum *N* fides] des $E^a$ silentium *B* 7/8 iudicariae *N* 8 conuentiones *N* statum $L^a$ conuenit *GS* tunc] et tunc *GCS* 9 sequestrationes *NECL* sin] si *BGPML* sua *BGPML* manu *NBGPML* 9/10 obnoxios *E* 10 nil *B* oblicatione *L* chirografi] pro ch. $E^b$ disti $M^a$, disi $L^a$, discussi $L^b$ 11 oportet ueritatem *G* dilata *NBGE*, delatam *S* debetur *N* exigit *ES* 12 cauillationis] cautionis *N*, causationis *S* ceteros $NB^a$ sancximus *GS* 13 contestationes *N* debetur *N*, debitae *PML* nouationi *PML* 14 promittant *PML* medii his $E^a$, mediis his $E^b$ obnoxios $C^1$ nouatione $G^a L$, nouationes *N*, nouationis *B*, non uocatione $G^b$ longiore absistat *G* 15 absentiae *N* preditorem *S* praestitum *NC* aditis] ab istis *C*, adhibiti *E* iudicis *E* edictum] aedicatum *B*, *om. PML* 16 debitores *NB* adfligere *N* etiam *om.* $C^a$ conperuenire *C* 17 nullus] neque $G^t$ per] post *BGE* tantam *S* contestationem *NS* 18 per *om.* $M^a$ interulla *L* longiores *N* declamatus *G*, conclamatus (?) $E^a$ aduertat] aduersarium *PMLS* 18/19 confutari] non futari *L* 19 deberi *N*, debitorem *BG*, non debere *O* si *om. L* petitores *B*, petitoris $G^t$ nec] non *B*, ne *E* 20 crediturі *C*, creditores $G^v$ contentionum *N* uocis *L*, *om.* $E^t$ debitores *GL* derebitio *N* 20/21 postoletur $G^t$ 21 ledatur $BG^v$, laudatur $G^t ES$ et] ut *L* nescire] nesciri *BGOE*, nouere *N* 22 iubemus] iube *L* 22/23 dat. u (*om. GO*) k. aug. (ian. *O*) rau. (*om. G*) eustasio (*sic libri rel.*, eutasio *S*, constantio *N*) et agricola (acricola *N*) *libri* 24 praecepimus *NL* obseruare *L* 25 creditor *om.* $B^a$ 26 iudice *L*, iudicio *O* deferat *N* publicari *OL* 28 conuenisse se *C* aprobari *L* et] ex *S* causam *NO* 29 persona *B* mortui *om. O* detegetur *L* 30 mentire *L* seueritate *E*

…ersonas haec observanda decernimus, ut omnes cautiones debitorum intra …t contestari ita, ut a debitoribus renoventur. Quod si forsitan ante duo…n peregrinari contigerit, iudicis mereatur edictum, quod in postibus debi…atione debet affigere, et homines illius convenire non desinat, ut cum fuerit …ntestatum, excusationem qui peregrinatur longi temporis habere non possit, …set, quod non renovaverit cautionem. Sane si debitor suam esse dixerit cautio…se de ipsa cautione asserat accepisse, tempus debet inspici cautionis, ut, si intra … cautio conscripta cognoscitur et probatum fuerit quod in cautione continetur ac…itor suam inpleat cautionem. Si vero, quae in cautione scripta sunt, intra quin…tradita non probantur, is cuius cautio est non teneatur obnoxius: nam transacto …nio, si de cauta et non consignata pecunia debitor dixerit, nullatenus audiatur.

---

BREV. (*NBGOECPMLS*)

debeat $B^1$, debita *S*, debeantur (?) $C^a$ a …m. *L* ante *om. N* 2/3 duodecim] duodecennium *(sic)* $C^t$ 3 peregrinare *NL* contegerit *PM* iudices *NEL*, iudicum $C^t$ mereantur *C*, creditor mereatur *O* 3/4 debitores *NL* 4 debet] *ECPMLS*, debeat *NBGO* adfligere $NG^a$ hominis *BL* illius] loci illius *G* desinant *GL* 5 taliter (aliter *C*) deb.] d. t. *E* excausationem $E^v$ peregrinantur *BG* longi temporis *post* possint *G* possit] possint *G* 6 ideo] ide $M^a$ renouaueerit *L*, reuocauerit *C* dix. suam esse *BG* 7 asserat *om. O* deb. temp. *B* cautiones *NE* ut] quod $B^bG$ si *om.* $L^1$ 8 conscripta] c. esse *ES*, scripta *BG* cognoscatur $G^a$ cautionem *N* 8/9 acceptum] et acceptor (-to $E^b$) *E* 9 sua *L* cationem $C^t$ cautione] cautionem *ES* 10/11 transacto quinquennio (-nium *E*) si] si tr. q. si *G*, si tr. q. *B* 11 et] est *N* non *om. O* debitor dixerit] prohibita deb. dix. *E (ex rubr. sequenti)*, debetur *N*

# XXVIII. DE PECVNIAE SEQVESTRATIONE PROHIBITA.

pecunia *OEL*$^b$ — prohibitae *N*, *om. G*. — *Iust.* 4, 4: de prohibita sequestratione pecuniae.

II.28.1 [= BREV. II, 28, 1] (422 Iul. 11).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. IOHANNI P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Quotiens ex quolibet contractu pecunia postulatur, sequestrationis necessitas conquiescat: oportet enim debitorem primo convinci et sic ⌜solutioni succumbere⌝. Quam rem ⌜cum iuris ratio tum⌝ ipsa aequitas persuadet, ut probationes secum adferat debitoremque convincat pecuniam petiturus. ET CETERA. DAT. V ID. IVL. RAV(ENNA) HONOR(IO) XIII ET THEOD(OSIO) X AA. CONSS.

IVST. ⌜ad solutionem pulsari⌝ | ⌜non tantum i. r. sed et⌝

INTERPRETATIO. Quotiens ab aliquo pecunia repetitur, non prius cogatur sequestrare pecuniam ille qui petitur, quam ille qui repetit debitorem suum certa prius probatione convincat et sic pecuniam, quam se dedisse convicerit, adhibita probatione recipiat.

---

BREV. (*NBGO [om. int.] ECPMLS*). — IVST. 4, 4, 1.

1 iohanni ppo] iauni pfo *L*, *om. C* 2 postuletur *G* sequestratione *N* 3 conquiscat $L^a$ primum *B* conuici *P*, cognosci $G^t$ 3/4 solutione *N* 4 succubere *L* tum] tam *G* 4/5 persuadit *NGELS* 5 probationis $BG^tEL$ 6 petituras *S* et cetera *om. PML* 6/7 dat. u *(sic E*, ui *Iust. [PL Hal.]*, uii *NBOCPMS*, uiii *G*) id. iul. (ian. *B*) rau. hon. xiii (xiiii *E*, xii *GO*) et *(om. S)* th. *(om. G)* x *(om. G)* aa. *(om. B) libri* 8 cogantur *PM* 8/9 pecuniae *N* 9 illi *L* qua *N* certe *S* 10 sic] si $G^a$ pecunia *N* conuincerit $NG^aCL^a$, conuincitur *PM* adhibita] adprobata *G* recipiat et c̄ *C*

# XXVIIII. SI CERTVM PETATVR DE SVFFRAGIIS.

petetur *PM*, petitur *NG*, petitor *S* *add.* ab eo cui denuntiatum fuerit nominandis *E*. — *Iust.* 4, 3: de suffragio.

II, 29, 1 [= BREV. II, 29, 1] (362 Febr. 1).

IMP. IVLIANVS A. AD POPVLVM. Foedis commentis quae bonorum merito deferuntur quidam occupare meruerunt et, cum meruissent in re publica quolibet pacto versari, repetendam sibi pecuniam, quam inhoneste solverant, inpudentius atque inhonestius arbitrantur: alii etiam, quae tunc donaverant vel potius proiecerant ob inmeritas causas, invadenda denuo crediderunt. Sed quia leges Romanae huiusmodi contractus penitus ignorant, omnem repetendi eorum, quae prodige nefarieque proiecerunt, copiam prohibemus. Qui itaque repetere nititur vel repetisse convincitur, et quod dedit apud suffragatorem eius manebit vel extortum restituet et alterum tantum fisci viribus inferre cogetur. DAT. KAL. FEBR. CONSTANT(INO)P(OLI), MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

INTERPRETATIO. Aliquanti pro sua voluntate suffragia dedisse probantur et postea, cum ad militiam pervenerunt, ea quae dederant repetere vel auferre contra rationem inhoneste et inlicite praesumpserunt. Ideoque praecipimus, ut quicumque aliquid pro praestandis sibi, quae petiit, dedisse dinoscitur, non habeat licentiam repetendi: qui vero repetere fuerit conatus, hoc ille habeat, qui accepit, aut si certe sublatum ei fuerit, reformetur et aliud tantum ille qui abstulit fisco cogatur inferre.

BREV. *(NBGO [om. int.] ECPMLS)*. — *Cf. Ammianus 22, 6, 5.*

1 imp. iulianus (-nos *L*) ā *(om. B*$^{a}$*)* ad pop. *om. E* foedis] *OC*$^{t}$, fedis *PM*, fides *NB*$^{a}$*GELS*, fidem *B*$^{b}$, fedas *C*$^{v}$ commentes *NL* quae] aliqua quae *O* merito] ob merito (-ta *B*$^{b}$) *B*, meritorum *G* defferantur *G* 1/2 quidam] *NBGOE*, quam *CPMLS* 2 meruerant *N* meruisset *G*$^{a}$ in re] inire *G*$^{v}$, in rei *N*, iure *E*$^{t}$ publicam *N* quolibet et pactu *E* 3 inpudentius *O*, inprudentius *reliqui* 4 quae] qui *S* tunc] tanto *G* donauerunt *BL*, donauerint *G* proiecerunt *BL* 4/5 inuadenda] sinuaddendes *S* 5 legis *EPMLS*$^{b}$ 6 omnes *BG*$^{t}$*E*, omne *C* repetendi eorum] repetendorum *G* quae *om. E*$^{1}$ prodigi *NE* ne forum aeque *E*$^{a}$, neforiaeque *E*$^{b}$ proiecerunt] *libri*, proiecerint *edd.* cupia *N* 7 repetere (-tire *L*) nititur (nituntur *S*)] repetentur *N* repetiisse *GOE* conuincetur *N* et *om. NBG* 8 manebit] mandauit *BG*$^{t}$ extorto *E* restituet] *edd.*, restituit *reliqui*, restituat *O* tantum *om. L* inferri *BG*, infesse *C*$^{1}$ cogetur] *B*$^{1}$*CPML*, cogatur *NB*$^{2}$*GOES* 8/9 dat. k. feb. (ian. *O*) const. (const. p̄f *CPM*, constantino prefectus *S*), mamertino (martino *E*, archadio *G*) et neuitta (neuita *GOPMS*, nauita *B*) *libri* 11 militia *N* peruenerunt] *NECPML*, peruenerint *BG* dederunt *PML*, dederint *G*, debebant *S* offerre *S* 11/12 et inlicite *om. N* 12 praecipemus *N*, praecepimus *ELS* praestandi *G* 13 petiet *N* habeat *om. G*$^{a}$ 14 si certe] *libri*, certe si *edd.* ille *om. N*

II, 29, 2 [= BREV. II, 29, 2] (394 Mart. 4).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si qui desideria sua explicare cupientes ferri sibi a quoquam suffragium postularint et ob referendam vicem se sponsione constrinxerint, promissa restituant, cum ea quae optave-
1 rint consequantur: si artibus moras nectent, ad solutionem debiti coartandi sunt. Sed si quid eo nomine in auro vel argento vel in ceteris mobilibus datum fuerit, traditio sola sufficiat et contractus habebit perpetem firmitatem, quoniam conlatio rei mobilis
2 inita integra fide hac ratione cumulatur. Quod si praedia rustica vel urbana placitum continebit, scriptura, quae ea in alium transferat, emittatur, sequatur traditio corporalis

1 imp.] interp̄r *G* th. arc. hon. *O*, hon. arc. et th. *L*, th. et hon. arch. *G* āāā *om. O* p̄p̄o *om. O* 2 qui (quis *S*) desideria] quid de causa *N* ferre *NL* suffragio a quocumque *G* postularent *ES*, postularunt *B*, postulauerint *G Iust.* et .... 3 constrinxerint *om. S* 2/3 ob rem referendam in uicem *B* 3 se sponsione (-nis *G*)] responsione *C* constrixerint *C* 4 consequentur *O* mores *S* nectant *S*$^{a}$ *Iust. (praeter R*$^{a}$*)*, nectunt *E*, necterent *B*, necterint (neterint *G*$^{a}$) *G* solutione *M* sed] uel *L* 5 qui de eo *B*, quid eorum *G* argento] in a. *GE* in *(om. Iust.)* ceteris *om. O* 6 sufficiet *C Iust. (plerique)*, sufficit *G* habebis *G* perpetim *GE*, perpetuem *(sic)* *L*$^{b}$, perpetuam *Iust.* conlocatio *PML* 7 init (?) *N*, inito *BG* intregra *E*, integraque *BG* hac] ac *NBGEPML* 8 ea *om. M* transferat emittatur (-tantur *E*)] transferre nitatur *G*$^{a}$, transfert enitatur *G*$^{b}$ sequetur *CPM*, consequetur *L*, consequatur *S*

et rem fuisse conpletam gesta testentur; aliter enim ad novum dominum transire non
3 possunt neque de veteri iure discedere. Quod si quis, dum solo commonitorio de suffragio nititur, bona duxerit occupanda, reus temeritatis ac violentiae retinebitur atque in statum pristinum possessio reducetur, eo a petitione excluso, qui non dubitavit invadere, quod petere debuisset. DAT. IIII NON. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) III ET HONOR(IO) II AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis, dum necessitates suas expedire desiderat, aliquid commodi se daturum esse promiserit, perceptis quae voluit constrictus hoc sine ulla dilatione inplere cogatur. Quod si aliquid in auro vel argento vel in ceteris rebus mobilibus obtulerit, firmum sine scriptura permaneat, quia res mobiles in suffragiis scripturam penitus non requirunt, sed sola traditione firmantur. Quod si loca urbana vel rustica dare placuerit, scriptura sequatur atque traditio, et de conpletis omnibus vel re tradita gesta confecta proferantur, nam aliter possessio ad alterum dominum transire non poterit. Sane si quis sine tali scriptura possessionem alterius crediderit occupandam, reus violentiae teneatur et integrum quod invaserit reddat omni sua repetitione damnata.

BREV. *(NBGO [om. int.] ECPMLS)*. — IVST. 4, 3, 1.

1 conpleta *PML* testentur] testantur *G*, testentque *N* ad] a $M^a$ dominium *OPML Iust. (plerique)* transire] transt $M^1$ 2 uetere $L^a$, uerteri *N* quod si quis] nam si qui *G* dum] de *S* communitorio *EC* 2/3 de *(om. Iust.)* suffragio] suffragium *N* 3 nituntur $G^b$ iunxerit *B* reus] eos *BG* temeritates *N* retinebit *B* atque] que *L* 4 in] ad *PMLS* poss. reducitur *NGECS*, reducitur poss. *B* a] et a *L* petition $M^a$ exclauso *N* 5/6 dat. iiii (iii *N Iust. [Hal.]*, ui *Iust. [P]*, u *Iust. [L]*, *om. G*) non. (kl. *B*) mart. (mai. *B*) const. *(om. G)* arc. iii (ii *G*) et hon. (theod. *G*) ii aa. *(om. G) libri* 7 expetere *BGS* commodi se] commodisse *NLS* 8 esse *om.* $BC^a$ promiserat *N* pro perceptis *BG* noluit *G* 9 uel arg.] uel in arg. *G*, aut arg. *E* rebus *om. S* firmum] firmitate *PM* 9/10 scripturae *N*, ulla scriptura $C^v$ 10 permaneat .... scripturam *om.* $L^a$ mobilis *N*, mouilis *PM* 11 firmatur *NEPMLS* 12 et] uel *N* omnibus *om. G* re tradita] traditis *BG* possio *L* 13 sine] sibi *G* tale *N* scripturam *E* 14 uiolentia *E* omnia *N* 14/15 sua repetitione (repetione $M^a$)] r. s. *E*

# XXX. DE PIGNERIBVS.

pigneribus] *PML*, pignoribus *reliqui*. — *Iust.* 4, 24: de actione pigneraticia.

II, 30. 1 [= BREV. II, 30, 1] (315 Iun. 2).

IMP. CONSTANT(INVS) A. AD VNIVERSOS PROVINCIALES. ⌜Intercessores a rectoribus provinciarum⌝ dati ad exigenda debita ea, quae civiliter poscuntur, servos aratores aut boves aratorios ⌜ pigneris causa de possessionibus abstrahunt, ex quo tributorum inlatio retardatur. Si quis igitur intercessor aut creditor vel praefectus ⌜pacis⌝ vel decurio in hac re fuerit detectus, ⌜a rectoribus provinciarum capitali sententia⌝ subiugetur. DAT. IIII NON. IVN. SIRMIO CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO CONSS.

IVST.

⌜Exsecutores a quocumque iudice⌝

⌜ aut instrumentum aratorium

⌜pagi uel uici⌝ *(Lat.)*

'aestimando a iudice supplicio'

1 ā *om. N* uniuersas *E* 2 intercessoribus *S* a] ac *EL 16*, *om. BG* rectoribus] senatoribus *C* dati] datis *ECPMS 14. 16. 17* 3 poscuntur *libri omnes (errat Haenel)* 4 seruus *NE*, non seruos *Sich.* aratores (cultores *L*) aut (uel *S*) boues *om. C (sp. vac. post* aratorios) *PM 14. 16. 17 Sich.* aratorios] araturius *14*, ar. ueteranos (uercararios *marg.*) *Sich.* pigneris] *PML 16. 17*, pignoris *reliqui* 5 possessionibus] possionibus $E^aS$ abstrahant $N^b$ *Sich.*, abstrauntur *G* 6 inlatio] inlatione *16* retardatur] reddatur *BG*, tradatur *16* si] ut si *N* 7 uel] aut *O Sich.* praefectus pacis] *libri cum interpr.*: cura pacis *et Iust. (Graec.)*: εἰρήναρχος, pagi uel uici *Iust. (Lat.) male* in *om. L* 7/8 hac re] hoc *O* 9 sententia] *NGPMLS 17*, sententiae *BOEC Sich.* subiungitur *N*, subiugetiatur *L*, iudicetur *BG* 9/10 dat. iiii non. *(om. O)* iun. (iul. *G*) sirmio (sermio *N*, firmio *CPM*) constantino (constantinopoli *B*, constantino constantinopolim *G*) ā *(om. C)* iiii et licinio (lucinio *B*) iiii *(om. GM Iust. [Ver.]) libri*

INTERPRETATIO. **Multi pro fiscali debito servos cultores aut boves aratorios de possessionibus causa pigneris auferre praesumunt, de quorum laboribus tributa redduntur, et ideo si quis creditor vel cura pacis vel curialis aut quicumque exactor hoc facere praesumpserit, a provinciae iudice puniatur.**

BREV. *(NBGO [om. int.] ECPMLS et ad textum 14. 16. 17).* — IVST. 8, 16, 7. — *Legis Burgundionum Germanicae codices quidam (expressi Paris. 4417) in fine hanc constitutionem adlegant:* Si quis bovem alienum cuius pigneraverit sub titulo centesimo quinto: invenimus in libro Constantini quodcumque (*al.* quod quicumque) bovis alienus pignerare praesumpserit, in capite puniatur.

1 seruus *NE* cultoris *S* aratorius *L* 1/2 possessionibus] p. abstrahunt *S* 2 pignoris *NBGECS* praesumunt] praesumant *S*ᵃ, summunt *L* 3 creditor] intercessor *BG*, *om. E*¹ cura] *NB*, curam *GEC*ᵇ*PMLS*, curator *C*ᵃ *edd.* uel] aut *BG* curiales *N* quiscumque *N* 4 punietur *G*ᵃ

II, 30, 2 [= BREV. II, 30, 2] (422 Iul. 11 [?]).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. IOHANNI P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Nexum non faciat praediorum nisi persona, quae iure potuit obligari. || ⌜Per servum autem procuratoremve colonumve vel actorem seu conductorem⌝ praeiudicium possessioni invito vel inscio domino inponi non posse et iuris et legum auctoritatibus decantatur. ET CETERA. DAT. ID. IVL. RAV(ENNA) HONOR(IO) XIII ET THEOD(OSIO) X AA. CONSS.

IVST. 11, 48, 17. || *inc.* ⌜per colonum⌝

INTERPRETATIO. **Non obliget possessionem nisi ille, qui proprius dominus esse dinoscitur: nam neque per servum neque per procuratorem sive colonum aut actorem aut conductorem si res fuerit obligata, praeiudicium domino poterit exhiberi.**

BREV. *(NBGO [om. int.] ECPMLS).* — IVST. 8, 15, 8 *(integra),* 11, 48, 17 *(pars post.).* — THEODERICVS 121.

1 aa *om. O* iohanne *E* post alia *om. NBGO* 2 facit *G Iust.* personam *E* iure] in re *E*ᵇ, in iure *NG* 2/3 obligare *N Iust.* 3 autem] aut *PML*, enim aut *O*, *om. S* procuratoremue] *scripsi*, uel procuratorem (per curatorem *G*) *NBGE*, procuratorem *OCPML Iust.* colonumue uel] *Iust. (RM*ᵃ*)*, colonumue *C*, colonum (-nem *N*) uel *reliqui* 4 praeiudicium] pr. fieri *O* inponi non posse *om. O* posse et] posset *E*ᵃ, posse *E*ᵇ 5 iures *N*, iure *Iust.* *(utroque loco)* et *om. E*ᵃ auctoritatis *B* decantatatur *M*, declaratur *Iust. (priore loco libri praeter C*ᵃ*, posteriore omnes)* 5/6 dat. id. *(sic libri et Iust. [Hal.]*, u id. *leges iungendae)* iul. (iun. *N*) rau. hon. xiii (xii *O*, xu *G*) et th. x *(om. GO)* aa. *libri* 7 proprius] prius *C* dominus *(om. PM)* esse] e. d. *G* 8 curatorem *G* siue] uel *N*, nec *BG* auctorem *NS* 9 domino] dominos *M*, domino non *GEL*, dominus *PS* exhibere *libri*

# XXXI. QVOD IVSSV.

de *praescr. BGL* — quod] quo *EPMLS* — iussum *L.* — *Iust.* 4, 26: quod cum eo, qui in aliena est potestate negotium gestum esse dicitur vel de peculio seu quod iussu vel de in rem verso.

II, 31, 1 [= BREV. II, 31, 1] (422 Iul. 11).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. IOHANNI P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Dominos ita constringi manifestum est actione praetoria, quae appellatur quod iussu, si certam numerari praeceperint servo actorive pecuniam. Igitur in perpetuum edictali lege sancimus, ut, qui servo colono conductori procuratori actorive possessionis pecuniam ⌜commodat⌝, sciat dominos pos-

IVST. ⌜mutuam det⌝

1 aa *om. O* post alia (talia *N*) *om. B* 1/2 dominus *NEC*ᵃ*L* 2 praeterita *S* quae app. quod (quo *ECPMLS*) iussu (iusso *L*) *om. O* 3 certam (certa *NL*, certum *G*) numerari (numerali *S*, nominari *G*)] certaminum errari *B*¹ praeceperit *NBE*, iusserint *O* actoriue] auctoriue *S*, auctori uel *N* pecunia *B* perpetuo *B* dictali *N*, edicta *E*ᵗ, euicta *E*ᵛ legi *GS* 4 sanximus *GS* lolono *M*ᵃ 4/5 actoriue] *OE*ᵛ, actoreue *L*, auctoriue *S*, auctor ipse *N*, acminui *E*ᵗ, ue *BGCPM* 5 possessiones *L* commendat *G*ᵗ, commodati *G*ᵛ dominus *NG* *ECP*ᵇ*LS* 5/123, 1 possessionem *BGL*

sessionum cultoresve terrarum obligari non posse. Neque familiares epistulas, quibus homines plerumque ˹commendantur absentium˺, in id trahere convenit, ut pecuniam ˹quoque˺, quam non rogatus fuerat, inpendisse se pro praediis mentiatur, cum, nisi specialiter ut pecuniam ˹commodet˺ a domino fuerit postulatus, idem dominus teneri non possit; creditaque quantitate multari volumus creditores, si huiusmodi personis non iubente domino nec fideiussoribus specialiter acceptis fuerit ˹commodata˺ pecunia. DAT. V ID. IVL. RAV(ENNA) HONOR(IO) XIII ET THEOD(OSIO) X AA. CONSS.

> ˹commendant absentem˺
> ˹ ˺ *om.*
> ˹praestet˺
> ˹credita˺

INTERPRETATIO. Nullus dominum ad reddendum debitum, sicut hucusque fiebat, adstringat, nisi si servo suo vel actori pecuniam rogante domino praestitisse convicerit. Et ideo si quis servo colono conductori procuratori vel actori pecuniam non rogante domino dederit, sciat dominos terrarum propter hoc debitum nullatenus posse teneri; sed qui non rogante domino pecuniam talibus personis crediderint aut fideiussores non acceperint, ea quae commodata sunt se noverint perdituros nec a domino posse reposci.

BREV. (*NBGOECPMLS*). — IVST. 4, 26, 13.

1 cultores ueterarum *NGE*$^{b}$, cultori ueterarum *C*, cultori seu terrarum *S* 2 familiares] per f. *G* hominum *BG* plerumque] nonnumquam pl. *G* 2/3 commendatur absentia *B* 3 id] his *PMLS* trahere] extrahere *G*, tradere *BE*$^{a}$*PMLS* 4 quoque *om. B* non *om. G* impedisse *B* se *om. LS Iust.* preliis *S* 5 nuntiatur *BG*$^{v}$ nisi] nihil *G*$^{t}$ ut] prout *PML*, ut pro *S* 5/6 commodet a domino] *NOE*, commodata domino *C*, commodata (commedata *G*$^{a}$, commendata *G*$^{b}$) a domino *BG*, commodatam dominus *PMLS* 6 posse *CS* 7 creditamque *G*, credi itaque *NL* quantitatem *NB*$^{1}$*GECLS* creditoris *GS* 8 nec] ne *L*, nec pro *G* fideiussoris *E* 9 commendata *S* 9/10 dat. u (*sic reliqui et Iust. [Hal. PL]*, ui *GPMS*, *om. O*) id. iul. (iun. *N*) rau. hon. xiii (xii *O*, xui *PMS*, x *Iust. [Hal.]*) et th. x (ui *Iust. [Hal.]*) aa. (a. *E*, *ante* x *O*, *om. G*$^{a}$) *libri* 11 dominus *E*$^{a}$*CPMLS*, d̄m *B* sicut *om. PM* adstringatur *C* 12 nisi si] nisi se *N*$^{a}$, nisi *GOES*, si *B* auctori *S* rogante] non r. *B* praestitisse] partisse *C*$^{v}$ *(ex Bernensi)* conuincitur *G* 13 coloni *G* conductori] condictori *G*$^{a}$, cultori *C*$^{v}$ *(ex Bernensi)* proc. uel actori (auctori *S*) *om. NBG* 13/14 dominus *NECPMLS*, dominum *G* 14 nullo modo *O* tenere *G* 15 crediderit *OCS*, crederent *B* non *om. PM* acceperit *OCPM*, acciperent *B* commendata *S* 16 nouerit perditurum *O* possent reposci *N* *add. (ex l. sequenti)* alia hoc quoque nomine creditoribus non negamus *G*

# XXXII. DE PECVLIO.

*Iust.* 4, 26 *(vide supra ad 2, 31 rubr.)*.

II, 32, 1 [= BREV. II, 32, 1] (422 Iul. 11).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. IOHANNI P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: ˹Hoc quoque creditoribus non negamus˺, ut, si liber a rationibus fuerit quas regebat inventus actor servus procuratorve praediorum, utilis actio pateat de peculio. ET CETERA. DAT. V ID. IVL. RAVENNA D̄D. N̄N. HONOR(IO) XIII ET THEOD(OSIO) X AA. CONSS.

> IVST.
> ˹Sane creditori licentiam damus˺

INTERPRETATIO. Hoc sane creditoribus volumus esse praestandum, ut actor vel servus sive procurator possessionis, qui pecuniam a creditore susceperit, si nihil de rationibus suis domino debuerit, pro pecunia quam accepit de peculio quod habet creditoribus reddat.

BREV. (*NBGOECPMLS*). — IVST. 4, 26, 13. — THEODERICVS 121.

1 ad iohannem *N* 2 post alia] post *G*, *om. B* quoque *om. O* non *om. G* 3 a] *NOECS Iust.*, *om. BGPML* rationibus] tationibus *BG* fuerit (fuerat *G*) *ante* inuentus *Iust.* gerebat *GS Iust.* 4 seruus actor *O*, auctor s. *S* procurator uel *E*, procurator *BG* utiles *E* 4/5 dat. u (ui *E*, *om. O*) id. iul. (iun. *E*) rau. (*NBGOES*, *om. CPM*) ddnn. (*sic N*, domn̄ *E*, *om. reliqui*) hon. xiii (*om. G*) et th. x aa. *libri* (ut superius *pro consulibus O*) 6 reditoribus *N* auctor *S* 7 possessiones *N* creditoribus suscepit *BG* nil *M*$^{a}$*L* 8 debuerint *B*$^{1}$*G*, debuerat *C* pro pecunia] pro pecuniam *E*, pecuniam *N* quam *om. L*$^{a}$ peculium *L*$^{a}$ quod] quam *S* reddant *G*

# XXXIII. DE VSVRIS.

*Iust.* 4, 32.

II, 33, 1 [= BREV. II, 33, 1] (325 Apr. 17).

IMP. CONSTANT(INVS) A. AD DRACILIANVM AGENTEM VICES P(RAEFECTORVM) P(RAETORI)O. Quicumque fruges humidas vel arentes indigentibus mutuas dederint, usurae nomine tertiam partem superfluam consequantur, id est ut, si summa crediti in duobus modiis fuerit, tertium modium amplius consequantur. Quod si conventus creditor propter commodum usurarum debitum recuperare noluerit, non solum usuris, sed etiam debiti quantitate privandus est. Quae lex ad solas pertinet fruges: nam pro pecunia ultra singulas centesimas creditor vetatur accipere. P(RO)P(OSITA) CAESAREA XV KAL. MAI. PAVLINO ET IVLIANO CONSS.

INTERPRETATIO. Quicumque fruges humidas, id est vinum et oleum, vel quodcumque annonae genus alteri commodaverit, non plus ab eo propter usuram quam tertiam partem accipiat, id est ut super duos modios qui accepit tertium reddat. Quod si conventus fuerit ille qui commodat et pro maiore usura noluerit debitum suum adiecto tertio modio a debitore recipere, etiam debitum perdat. Quam rem ad solas fruges praecipimus pertinere: nam quando pecunia fuerit commodata, nisi unam tantum centesimam a creditoribus exigi non iubemus.

---

RREV. *(NBGO [om. int.] ECPMLS).* — Cf. LEX VISIGOTH. 5, 5, 9.

1 ā *om. L* dracilianum] *GC*, dratiliano *BE*, dracidianum *N*, tracilianum *PMLS*, gracilianum *O*: *nomen firmant et constitutio altera ad eum missa et epistula Constantini ad Macarium episcopum Hierosolymitanum apud Eusebium de vita Const. 1, 31: Δρακιλιανῷ τῷ ἡμετέρῳ φίλῳ τῷ διέποντι τὰ τῶν ἐπάρχων μέρη, unde apparet eum vicarium fuisse Orientis* agentem] actorem agentem *NBGE, om.* $S^1$ uices (uecis *E*) ppo *NE*, uices praefectus praeturio *G*, uicar pf *PM*, uic pf *L*, uicariae praef *C*, uices ppe pi *B*, uicarium prefectum *S*, uicariam prefecturam *O* 2 mutuas *om.* $L^a$ 3 superflua *B*, superfluum *G* consequatur $BGE^a$ id est ut *(om.* $S^1$*)* .... 4 consequantur *om. G* 3 modis $N^a$ 4 ampl. mod. *O* 5 recuperare] recipere *BGPML* noluit *N*, noluerint *G* 6 pecuniam *C*, pecunia uel *L* 7 creditoribus *G* uetator *N*, non uetatur *BG* 7/8 pp (ppo *N*, data *BG*) caesarea (-ream *N*, *post* mai. *B*) xu (xi *BG*) k. mai. (mar. *O*, xi k. mai. *post* data *G*) p. et iul. *libri* 9 quocumque $B^1$ et] uel $GC^v$ 10 commodauerit] mutuauerit $C^v$ plus] amplius $LC^v$ tertia parte *N* 11 supra $C^v$ *edd.* duus modius *N* qui] quod (?) *C* accipit *GCPML*, acciperit *E* conuinctus *E* 11/12 commodat] mutuat $C^v$ 12 pro maiore usura] ut maiorem usuram haberet $C^v$ debitum suum] de $L^a$ adiectum *NE*, abiecto *BG* tertium modum *E*, modio tertio *C* recipere] suo accipere *BG* 12/13 etiam (suum *add.* $C^v$) debitum *om. G* 13 perdat *post* suum *G* quem $N^a$ praecepimus *NL*, percipimus *B* pecuniam *NE* 14 commodata] mutuata $C^v$ una *B* centesima *BP* a cred.] hac red. *E* exigere *BG*

---

II, 33, 2 [= BREV. II, 33, 2] (386 Oct. 25).

IMPPP. VALENTIN(IANVS), THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quicumque ultra centesimam iure permissam aliquid sub occasione necessitatis eruerit, quadrupli poenae obligatione constrictus sine cessatione, sine requie protinus ablata redhibebit. Hi vero, qui antea pari furore grassati uspiam detegentur, in duplum extorta restituant. DAT. VIII KAL. NOVEMB. CONSTANT(INO)P(OLI) HONOR(IO) NB. P. ET EVODIO V. C. CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis plus quam legitima centesima continet, hoc est tres siliquas in anno per solidum, amplius a debitore sub occasione necessitatis accipere vel auferre praesump-

---

1 theod. ual. archad. *O* aaa *om. O* cynegio] cinigio *B*, genesio *N* 2 promissam *N* aliquid] *NBGOE*, quidquit *CPMLS* necessitates *NE* erueret $L^a$, seruauerit *G* 3 quadrupi *E*, quadruplex *B* poenae] *N*, poena et *BGOCPMLS*, poena et hac *E* oblicationem *L* constructus $E^a$ sine c. s. requie (reque *N*)] s. r. s. c. *BG* 4 redhibebit] redebebit *NE*, redbit $B^1$, reddet $B^2$, redemit *G* hii $NBGE^a$ crassati *BGL*, cresati *S* uspia *N* detegetur *L*, denegentur $G^t$ duplo *E* 5/6 dat. uiii (uii *G*, ui *B*) k. nou. const. honorio np (nb p *N*, nob • *E*, uiiii *CPMS*, uiii *BG*, aug. *O*) et euodio (euuodio *N*, ouodio *S*, theodosio *BG*) uc (uucc *N*, uiro claro *S*, *om. P*) *libri* 7 legitimam centesimam *G* 8 solido *N* acciperit *E* offerre *BG*

**serit, post datam legem sine ulla dilatione ea, quae amplius accepit, constrictus quadrupli poena restituat. Ea vero, quae ante legem tali ratione data sunt, in duplum volumus reformari.**

BREV. *(NBGO [om. int.] ECPMLS).* — THEODERICVS 134. — *Ad huius legis interpretationem ut prope accedit lex Visigothorum Euriciana c. 285:* **nullus qui pecunias commen[daverit], ad usuram per annum plus quam tr[es sili]quas de unius solidi poscat usuras,** *ita nequaquam probabile est legis eius latorem tralaticia haec ex ipsa interpretatione adscivisse (cf. praef.).*

1 ullam dilationem *N* quadrupi *E*

---

33, 3 [= BREV. II, 33, 3] (397 Nov. 23).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IUS) AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. **Frustra debitores in annis minoribus constitutorum usuras se restituere non debere contendunt, quia senatoria eos dignitate praeditos esse testantur. Unde sortem cum usuris in stipulationem deductis restituant.** DAT. VIIII KAL. DECEMB. CONSTANT(INO)P(OLI) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

INTERPRETATIO. **Sine causa senatoribus in annis minoribus constitutis debitum cum usuris reddere dissimulant debitores propter hoc, quod senatorio genere nati debitum cum usuris integris recipere non iubentur: et ideo, quod cautione per stipulationem promissum est, reformetur·**

BREV. *(NBGOECPMLS).*

1 arc. hon. *P*, arc. et theodosius *B* $\overline{aa}$ *om. O* euticiano *plerique*, eututiano *L*, eutatiano *E* frustra] omnes fr. *G* 2 constitutorum] *NOC*, constitorum *G*, constituti *BEPMLS* se restituere] restitui *O* contendent *C* 3 creditos *S* testatur $E^{a}$ fortem *L* in *om.* $G^{t}$ 3/4 stipulatione *NBG* 4 dedictis *N*, deducti *BG* 4/5 dat. (data lex *G*) uiiii *(sic NBOEC,* uiii *PMS,* xuii *G)* k. dec. const. caes. et attico (adtico *P*, adgrecio *G*) *libri* 6 sen.] a sen. *E* cum us. deb. *BG* 7 debitoribus *N* propter] prop $M^{a}$ nati] nati sunt *E* 8 idem *B* cautionem *N* stipulatione *N*

---

33, 4 [= BREV. II, 33, 4] (405 Iun. 12).

IMPPP. ARCAD(IVS), HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. OPTATO P(RAEFECTO) V(RBI). Senatores sub medietate centesimae usurae ad contractum creditae pecuniae censemus admitti. Itaque omnes intellegant nullum florentissimo coetui sociatum fenus exercentem ultra medietatem centesimae vel iure stipulari vel petere posse usuram: quin etiam, si quid praeter moderatam nostri numinis definitionem fuerit flagitatum, inminuendae sorti pro huius legis auctoritate cessurum. DAT. PRID. ID. IVN. NICIAE STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

INTERPRETATIO. Senatores, qui pecuniam ad centesimam praestare voluerint, non amplius usurae nomine quam medietatem legitimae centesimae a debitoribus suis accipiant, nec amplius ut caveant aut se cautione constringant, qui commodatam suscipiunt pecuniam, forte cogantur. Nam si ab eis amplius fuerit requisitum, sciant se senatores hoc quod commodaverint perdituros.

BREV. *(NBGOECPMLS).*

1 hon.] et hon. *N* optato (obtato *M*) $\overline{pu}$ (publio *S*)] *CPMS*, optato $\overline{ppo}$ *E*, $\overline{ppo}$ optato $\overline{ppo}$ *N*, optato (obtato *L*) $\overline{ppo}$ urbis *BGL*, preposito *O* 2 medietatem *NE* pecuniam *E* censimus *N*, censuimus *BG* 3 nullam *E* coetui] coetu $E^{a}$, cytuis *N*, cetuhis *B* 4 centesimo *BG* iuri *E* stipulare *N* petere] *libri*, poscere *edd.* posse *om. N* quis *N* 5 moderatum *BG* numinis] *edd.*, nominis *libri* definitionem *om. B* flagitatitam *N* sortes *C*, sortis *L* 6 uius *CL* leges *N* actoritate *L*, auctoritatem *N* cessurum] sessurum *C*, censurum $E^{t}$, censuram *NBG* dat. prid. (iiii *G*) id. iun. niciae *(sic NGPM,* nitiae *BE,* nicea *CS,* nicaeae *O)* stilichone (stilicone *plerique*, stillichone *C*) ii *(om. OEC)* et anthemio *(sic NBGO, ins.* $\overline{uc}$ *ECPM,* uiro claro *S) libri* 7 centissima *G*, centesimas *CPMLS*, usuram *O* praestare uoluerint] praestiterint *O* 8 usurae nomine *om. O* legitima *L* a *(om. NE)* deb. suis] usurae nomine *O* 8/9 amplius ut] a. aut *C*, ut a. aut *O* 9 cautioni *E*, cautionem *NS* commodata *N* pec. susc. *C* forte] fote $M^{a}$, nisi forte *BG* 10 fuer. ampl. *N* commodauerant *NO* podituros et cetera *C*